

cie: sed identitatem, quæ fundatur in substantia, significavit posse sumi à natura generis, vt declarauimus.

9. Illatum. Nō sufficit vnitatem analogiæ.

Additamentū: Similitudo creature cum Deo nō fundatur in vnitatem. Ratio. Alias esset æquiparantiæ, contra S. Thom.

Est similitudo disquiparantiæ fundata in actione.

Non quæuis vnitatem analogiæ ad similitudinem etiã rationis sufficit. Ostenditur.

10. 2. difficultas. Vtrum vt qualitates sint similes requirât aliquã vnitatem in gradu intensiōis.

Sententiæ affirmantis 1. pars.

2. pars.

II. Contrariet. P. assertio.

Relatio fundata in qualitate est similitudo propria. S. Thom.

Arist. Non est identitatis relatio realis.

Contra 2. p. assertio directe ad difficultatem respondens negatiue.

Constat igitur, minimè sufficere vnitatem analogiæ, quæ imperfectior est ad realem similitudinem; cum neque vnitatem generis satis sit. Sed addendum inter Deum, & creaturas neque cogitando verè fingi similitudinem in vnitatem analogiæ fundatam: nam similitudo fundata in vnitatem est æquiparantiæ, qua vtrumque est alteri simile: at verò Deus nulli rei creatæ est similis, vt S. Thom. ostendit 1. p. q. 4. art. 3. ergo in illa vnitatem analogiæ, qua creaturæ cum Deo conueniunt, etiam in vno conceptu, non fundatur similitudo: siquidē similitudo fundata in vnitatem est æquiparantiæ. Sed est in creaturis similitudo disquiparantiæ imaginis, aut quasi imaginis, quæ fundatur in actione, vt lib. 2. docuimus. Præterea non quæuis vnitatem analogiæ facit vel similitudinem rationis, etiam in rebus creatis; nam proprietates hypostaticæ potius sunt dissimiles, quàm similes, cum tamen conueniant in vno analogo cōmuni hypostaticæ proprietatis, quam definitione explicamus. Itaque vnitatem analogiæ, neque ad similitudinē rationis sufficiens est.

Alia quæstio est de intensiōe qualitatis; vtrum ad similitudinē sit necessarius aliquis gradus intensiōis in qualitatibus, quibus fundatur. Quidam sunt, qui id simpliciter dicant esse necessariū: Aiunt enim inter duas albedines, verbi gratia, esse quandam similitudinē essentialis conuenientiæ, quã vocant identitatem in substantia, id est, in essentia: at verò propriam similitudinē illis inesse, cum eodem gradu perfectionis sint; à quo recedentes, potius esse dissimiles, quàm similes.

His omnibus cōtraria opinamur: credimus enim relationem fundatā in qualitate esse similitudinē, quæ sit relatio propria huius generis, vt docet S. Thom. cum Aristot. cap. de qualitate. Quare etsi identitas sit relatio realis fundata in vnitatem specifica (de qua re postea disputabimus) tamen in hoc genere non est identitas ista, vt in alijs, sed est specialis relatio similitudinis. Deindē existimamus omnes qualitates eiusdē speciei esse inter se relatas reali relatione similitudinis, quantumuis distent gradu perfectio-

nis. Quod probatur, quia vnitatem gradus non est necessaria; verbi gratia, vt duæ albedines sint æquè perfectæ: hoc enim est addere æqualitatem similitudinis, vt docet S. Tho. 1. p. q. 42. ar. 1. ad 2. Alias falsò omnes sentiunt esse similia, quibus non est idem gradus perfectionis. Quòd si cum excessu potest esse similitudo; quæ tandem est mensura præscripta, in qua seruetur similitudo? maximè, quia cum similitudo sit relatio realis, ille excessus perfectionis, cum quo potest manere similitudo, oportet, vt sit à natura præscriptus, quod nullus Philosophorum dixit; cum neque sit ab illo hominum designatus. Et confirmatur, quia duæ albedines gradu perfectionis longè distantes, conueniunt in vnitatem specifica, qua fundat relationem; sed propria relatio specierū qualitatis est similitudo; ergo hæc illis attribuenda est, quamuis differant gradu perfectionis.

Aduertendum est tamen, quòd non omnia quæ sunt, vt sunt, dicuntur: nam aqua habens parum caloris, etsi sit re ipsa affecta calore, non tamen dicitur calida; quia satius est, vt ob eximiam frigiditatem dicatur frigida, quàm vt pro pauculo caloris vocetur calida. Accidit ergo, vt aqua sic calida, dicatur non calida; ignis autem calidus: calidum autem, & non calidum non sunt similia. Quare aqua habens calorem, quo non dicitur calida, non dicitur etiam similis, licet re ipsa sit similis. Vnitatem ergo aliqua gradus necessaria est, vt dicatur res similes, sed non est necessaria ad hoc vt insit illis realis relatio similitudinis, quæ re vera inest, licet propter distantiam perfectionis nō sufficiat nominare similia. Et hoc ipsum probatur efficaci argumēto; nam similitudo intenditur, & remittitur, vt ipsi etiam cōstentur, & Philosophi aiūt; dicimus enim res magis, & minus similes; intenditur autem per hoc, quòd accedit ad vnitatem gradus; & remittitur per hoc, quòd recedit ab illa vnitatem gradus: sed in isto recessu, siue remissione similitudinis nullus est proprius terminus paruitatis, nisi petatur à fundamentum; ergo dum fundamentum manet, quòd est qualitas eiusdē speciei, semper manet aliqua similitudo, licet ea non satis sit ad nominandum simile. Hoc idē probatur: nam id, quòd non dicimus calidum, non dicimus simile calido: calidum autē

gradu

Prob. 1. Vnitatem gradus addit æqualitatem similitudinis. ex S. Thom.

Confirm. 1.

Confirm. 2.

12. Probatur 2. declaratur. Non omnia quæ sunt, vt sunt dicuntur

Exemplum,

Aqua habens calorem, quo non dicitur calida, non dicitur etiam similis calido; tamen re ipsa est similis, sicut re ipsa est calida.

Probatur 3. efficaciter,

In remissione similitudinis nullus est proprius terminus paruitatis sed à fundamentum petitur.

Probatur 4.



Calida tertio, & quinto gradu nō dicimus similia: quinto & octavo maximè, cum tamen magis distent.

13. De 2. specie, scilicet aequalitate.

Hæc consistit in unitate indivisibili. Arist.

Vnitas specifica inter duas quantitates nō est cōditio fundandi. vt n. 1. & 2. & p. 1. n. 11.

Est singulare in aequalitate vt quivis excessus eam tollat.

14. 1. difficultas: Vtrum aequalitas fundata in duobus numeris sit realis?

Respond. 1. affirm. in opinione distinguente re ipsa numerū a quantitatibus continuis. In hac opinione plures substantiæ sūt subiectum vnus accidentis, scilicet numeri, atque adeo relationis.

gradu tertio dicimus simpliciter nō calidum, at calidum gradu quinto dicimus calidum simpliciter: quare calida tertio, & quinto gradu nō dicimus similia. Tūc ulterius; calidum vt quinque, & calidum vt octo, dicimus simpliciter calida; quare & similia dicimus: sed magis distant quinque gradus ab octo, quā tres a quinque; ergo non propter unitatem gradus sunt res similes: sed dicuntur res similes eo modo, quo etiam quales nominantur, vt hoc loco conatur ostendere. Itaque etsi insit re ipsa similitudo omnibus qualitatibus eiusdem speciei, non tamen nominantur similia, nisi in unitate aliqua gradus.

In quantitate autem propria relatio est aequalitas, quæ consistit in unitate indivisibili, a qua omnis recessus facit inæqualitatem: & idcirco Aristot. docuit 5. Metaph. text. 6. inæquale habere privationem, qua opponitur magno, & parvo; est enim æquale, quod neque maius est, neque minus. Et similiter dicendum unitatem specificam inter duas quantitates, cum non sit realis unitas, non esse conditionem fundandi, sed hoc nomine ipsam conditionem indicari; verbi gratia, in isto corpore quantitas duorum cubitorum est fundamentum, & in altero corpore quantitas etiam duorum cubitorum est conditio fundandi, sicut diximus de duabus albedinibus. Sed hoc est singulare in aequalitate, vt quivis excessus in vna, aut altera quantitate tollat aequalitatem; quare aequalitas neque potest intendi, neque remitti, sicut potest similitudo, quæ non consistit in unitate gradus indivisibili, vt docuimus.

Sed est dubium satis difficile de aequalitate, quæ fundatur in duobus numeris, vtrum sit realis relatio? Quæ disputatio ab illa pendet tota, sitne numerus res distincta a quantitatibus continuis, quibus constat; an verò sit re ipsa quantitates illæ sic cognitæ: quod nobis hoc loco non incumbit enarrare. Dicimus igitur iuxta priorem opinionem aequalitatem fundatam in numero esse realem relationem, cuius subiectum non est vna substantia, sed plures substantiæ numero contentæ. Nec enim mirum est, quod plures substantiæ, quæ in ista opinione sunt subiectum vnus accidentis, scilicet numeri, sint etiam subiectum vnus relationis realis, cuius fundamentum est ipse numerus.

A Præterea sic opinando dicendum est cuiusvis speciei numeri esse propè infinita individua, quia in vno solo denario quot modis possunt copulari duæ unitates, tot binarij sunt. At verò in numero rerum tam magno propè infiniti erūt binarij, ternarij, quaternarij, & cætera individua specierum numeri. Quod si hæc omnia permittenda sunt, & nos permitimus relationes reales æqualitatis, & inæqualitatis propè innumeras.

Iuxta secundam opinionem, quod numerus non distinguatur ex natura rei a quantitatibus continuis, negamus relationes fundatas in eo numero esse reales. Aliæ autem sunt relationes, quarum conditio fundandi est numerus, de quibus disputabimus; sed modò loquimur non de conditione fundandi, sed de fundamento quod est causa relationis. Quod si numerus non distinguitur ipsa re a continuis, aumus relationem fundatam in numero non esse realem. Probat, nam illæ quantitates continuæ, vt continuæ sunt, non fundant aequalitatem numeri, sed aliam aequalitatem continui; & vt sunt numeri, sunt omnino res eadem; ergo vt numeri non fundant aliquam relationem realem; impossibile enim est, quod eadem res sit causa, & non causa rei alius: imò quod res eadem aliter intelligatur a nobis, non solum non est fundamentum relationis, sed neque conditio fundandi; cum ergo aequalitatis numeri fundamentum sit ipse numerus, si numerus solo modo intelligendi differt a quantitatibus, non est fundamentum realis relationis, sed rationis erit relatio. Profectò numerus non est verum accidens etiam logicum, si sola rationis consideratione differt a quantitatibus:

C consideratio enim mentis nullam affert realem unitatem; sine reali autem unitate nullum accidens a logico, aut Philosopho agnoscitur: ergo ex pluribus quantitatibus non constat res vna, quæ sola ratione differt ab illis. Haberemus alias magis admirandū aliquid in rebus creatis, quā in mysterio Trinitatis, si quantitates continuæ penè innumeræ hypostasibus, & formis ipsis distinctæ coalescerent in rem verè vnam, scilicet in numerum realem sola ratione distinctum; imò coirent continua in numeros penè infinitos, sola ratione distinctos ab ipsis continuis. Quare hæc opinio quæ non ponit

D numerum;

Item cuiusvis speciei numeri sunt propè infinita individua: & sic in relationibus.

15. Respond. 2. neg. in opinione contraria.

Declaratur.

Probat. 1.

Probat. 2. In hac opinione numerus non est verum accidens etiam logicum.

1. Ratio, ex defectu unitatis realis.

2. ratio, ex absurdo.



si dicitur me

16. De 3. specie, sc. identitate

Hæc relatio est realis.

S. Thom.

Aristot.

Capreol.

Soncini.

Iauelli.

Mintis proprie dicitur similitudo in essentia.

Declarat

Mar. Vict.

17.

Quorundam sententia, quod non in sola substantia, sed in omni genere unitas specifica fundat identitatem siue similitudinem latè.

Eorundem comment. ad Arist.

Hæc sententia refutatur 1. in relationibus.

Refutatur 2. in actionibus, aut passionibus.

Confirmatur hæc refutatio.

Refellitur dictus comment. ad Arist.

numerum reale accidens distinctum; nullam relationem realem in illo fundatam relinquit.

Postremò in substantia fundatur relatio alia realis huic generi propria, quæ dicitur identitas. Quod hæc relatio sit realis docet S. Thom. 1. p. q. 28. art. 1. ad 2. quod ab Arist. accepit 5. Met. tex. 15. docent idè Thomistæ cum Ioan Capreol. Paul. Soncin. 5. Met. q. 35. & Iauello q. 21. Hæc identitas minus proprie dicitur similitudo in essentia; quia essentia dicitur etiam qualitas, utpotè rei perfectio, quæ præcipue in genere qualitatis inuenitur, quo pacto diuine personæ dicuntur similes, non propter accidentem qualitatem, sed quia sunt eiusdem essentia; sicut etiam sine quantitate dicuntur æquales, ut explicabimus. Proprie tamen loquendo relatio fundata in substantia non dicitur similitudo, sed identitas, quod affirmat Mar. Vict. lib. 1. contra Arium his verbis, *Substantia secundum quod substantia est, non recipit similem esse, aut dissimilem.*

Quidam arbitrantur in omni unitate specifica fundari realem relationem, quæ sit relatio identitatis, siue similitudinis amplo nomine dictæ. Et ita interpretantur Aristot. dicentem, eadem substantiam, hoc est, essentiam; quæcunque igitur unitate specifica essentiam conueniant, relatione reali identitatis referuntur. Hæc opinio vniuersim accepta falsa esse conuincitur: nam in genere relationis est unitas specifica in singulis speciebus, quæ tamen non fundat relationem realem, ut postea comprobabimus; quia relatio non fundat relationem. Sed neque inter duas actiones, aut passiones eiusdem speciei est relatio similitudinis; quia actiones non dicuntur similes propter se, sed propter terminos, ad quos tendunt. Et confirmatur, quia absque dubio à terminis oriuntur hæc relationes; sed actiones antecedunt terminos: ergo in illa antecedentia actiones non habent relationes: aliàs erit duplex relatio similitudinis simul, alia in calefactione fundata, alia in calore producto. Cum igitur illud pronunciatum falsum esse comperitur, quod in omni unitate specifica fundetur identitas, aut similitudo; non potest explicari Aristot. cum ait eadem esse penes substantiam, quod intelligat penes essentiam: sed intelligit planè in substā-

tia, quæ est ens per se, fundari identitatem.

Propria est ergo identitas relatio huius generis, scilicet substantiæ. Quod confirmatur verbis ipsius Philosophi 5. Metaph. cap. 15. *Eadem (inquit) sunt quorum una est substantia; similia, quorum una est qualitas: æqualia, quorum quantitas una.* Igitur cum æqualia dicit propter quantitatem, similia propter qualitatem, eadem propter substantiam, discernit substantiam à qualitate, & quantitate: accipit ergo substantiam pro genere entis, quod est per se.

Aduertendum igitur est, accidentia esse propter substantiam; quare relationes, quæ in unitate fundantur, vel sunt identitatis, quæ substantiæ referuntur in unitate propria substantiæ; vel equalitatis, quæ substantiæ referuntur penes unitatem quantitatis; vel postremò similitudinis, quæ ipsæ substantiæ referuntur in unitate qualitatis. Unitas ergo in substantia facit idem, in quantitate æquale, & in qualitate simile; & in alijs generibus utpotè imperfectis, non facit relatū reali relatione. Et quidem inductione comprobatur unitatem in alijs generibus non facere relata realia: & in genere qualitatis ostendimus unitatem etiam essentialem facere simile; & in substantia facere idem; at verò in quantitate unitas essentialis non est necesse faciat propriam aliquam relationem; neque enim facit relationem identitatis, quæ est propria substantiæ, neque similitudinis, quæ est propria qualitatis, sed satis est, quod in quantitate, non quidem unitas essentialis, sed unitas secundum extensionem faciat æquale. Quod si libet aliam relationem non nominatam hic excogitare, faciant; non prohibemus. Certè nullum argumentum ad hoc cogit; cum non sit necesse omnem unitatem specificam fundare relationem realem.

Aliæ etiā sunt relationes, quæ in unitate fundantur, ut vnio, propinquitas, & similia. De relatione vnionis quidam existimant fundari in diuersa causalitate materiæ, & formæ, siue actus, & potentiæ. Sed hoc est falsum, quia causalitas illa est diuersæ appellationis, cum materia sustentet, forma autem informet; quare & relationes inde consequentes oportet esse appellationis diuersæ, aut certè erūt relationes fundatæ in numero, de quibus statim

18. Opposita ser. colligitur, Confirm. ex Arist.

19. Ostenditur inductione.

In unitate essentiali, quantitatis relationem realem nulla ratio cogit agnoscere.

In ea unitate relatio innotu minara pmititur.

20. De relatione vnionis quorundam sententia Refutatur.



statim dicemus, ut dissimile, inæquale, quorum fundamenta sunt diuersa. Relatio autem vnionis est eiusdem appellationis, vtrumque enim relatum dicitur eodem nomine vnitum. Et ecquis non videat relationem vnionis in vnitate fundari? Quod & nomen vnionis persuadet. Ostendendum igitur est quomodo vnitas sit hic conditio fundandi; nam in duobus albis conditio fundandi est vnitas specifica; at verò in vnione partes vnitæ non cõsentiant in vnitate specifica, imò potius differunt, vt materia, & forma, corpus, & albedo, quæ dicuntur vnitas. Dicendum igitur est vnitatem totius, esse conditionem fundandi vnionem in partibus.

Ad rem autem istam explicandam aduertendum est relationes reales aduenire partibus existentibus. Nam fundamentum, quod concurrat vt causa efficiens, præexistit ante relationem ordine naturæ. Atqui considerandum est ipsum totum, quod ex partibus conficitur, prius naturam confici, quam partes existant: nam in composito per se, quod est substantia, prius naturam existit totum, quam partes scilicet materia, & forma, vt lib. 4. dicemus (si tamen inter has partes est realis relatio) & in composito per accidens, quod est corpus album, inter quæ haud dubie videtur esse realis relatio vnionis, prius natura albedo copulatur cum corpore, quam ipsa existat. Ipsa autem albedo existens fundat relationem vnionis. Ex quibus colligimus illam existentiam totius (sive illud totum sit ens per se, sive per accidens) cum ipsa vnitate totius, antecedere relationem vnionis; ergo illa vnitas antecedens est conditio fundandi relationem; nulla enim hic est alia vnitas, quæ possit fundare vnionem. Neque potest negari, quod ista vnitas sit conditio fundandi, cum antecedit ipsam relationem. Nam si vnitas rationis quouis modo explicata dicitur conditio fundandi, multò magis realis vnitas, quæ duæ partes sunt vnum, dicitur fundamenti conditio.

Vbi iam videre licet quâdo ponimus vnitatem conditionem fundandi, quàm æquiuocè vtamur nomine isto vnitatis; ne quis existimet, indè posse sumi genus aliquod subalternum relationis. Nam in similibus, & æqualibus, vnitas cum sit rationis non est fundandi conditio; sed

hoc nomine indicamus conditionem aliã, vt docuimus: at verò in vnione, nõ vnitas rationis, sed realis vnitas totius est fundandi conditio.

At verò in relatione propinquitatis secundum locum, est etiam conditio fundandi vnitas realis non rerum propinquarum, sed loci; quia sunt in eodem loco contingentes se, vt inter illa non sit locus alius. Et ita in relationibus alijs est mandandum est, an sit vnitas realis, in qua relatio fundatur?

Sunt relationes aliæ primi generis, eiusdemque appellationis, quæ fundantur non in vnitate, sed in numero; quoniam non intelligimus numerum predicamentalem, aut etiam transcendente, aut rationis numerum: nam numerus predicamentalis, est fundamentum æqualitatis, quæ dicitur fundari in vnitate, vt diximus antea. Agimus ergo nunc non de fundamento, sed de conditione fundandi; neque de numero, vt cõplectitur vnitates plures in aliqua ratione conuenientes; sed de numero, vt significat nõ vnũ, seu multitudinẽ, sive plura, vt plura sũt. Itaque numerus, sive multitudo, vt significat plura, est conditio fundandi: verbi gratia, dissimilitudo fundatur non in albedine, & albedine, vbi est vnitas; sed in non vnitate, scilicet in albedine, & nigredine, in quibus non est vnitas specifica; & inæquale fundatur in quãtitatibus non vnus extensionis, in quibus non est vnitas extensionis. Ergo iisdem modis quibus sumitur vnitas in his fundamentis, sumitur etiam multitudo, sive non vnitas, scilicet pro multitudine secundum rationem, vt quod albedo, & nigredo sint diuersarum specierum, est numerus fundans dissimilitudinem; qui numerus rationis, cū significet ens rationis, scilicet diuersas species, non est conditio fundandi relationem realem, sed indicat conditionem fundandi occultam; verbi gratia, in vno corpore albedo est fundamentum, & conditio fundandi est nigredo existens in alio corpore, quæ est non albedo. Itaque numerus qui est conditio fundandi, aliquandò significat ens rationis, scilicet species diuersas, vt modò dicebamus; aliquandò verò significat numerum realem, sive predicamentalem, qui continet plures quãtitates, sive transcendente, qui continet plures vnitates reales. Et in numero sic accepto fundatur relatio distinctionis, quæ aliquan-

Vera sent. eã pertinere ad 1. genus, nõ ad 2. Probatur.

Ratio contro- uersæ:

Soluitur. In relatione vnionis, realis vnitas totius est conditio fundandi.

Ostenditur solutio.

Totum sive per se, sive per accidens inter cuius partes, haud dubie est relatio vnionis, prius natura existit, quam partes.

Vnde existen- tia totius cum ipsa vnitate totius antecedit relationem vnionis.

Ab vnitate æquiuocè dicta de vnitate reali, & rationis non potest sumi genus aliquod subalternum relationis.

Etiam in relatione propinquitatis conditio fundandi est realis vnitas.

De genere quatenus fundatur in numero. Numerus hic non sumitur pro practica- mentali, de quo n. 14.

Sumitur pro nõ vnitate, seu multitudine, sive pluribus vt plura sunt. Exemplum, de non vnitate specifica.

Item de non vnitate extensionis. Explicatur vt de vnitate n. 1, 2, &c.

Aliquando est numerus rationis, indicans conditionem fundandi.

Aliquando est numerus realis, vel predicamentalis, vel transcendens.



Aliquandò numerus, nò est conditio fundandi, sed fundamentum.

25. In dissimilibus est necessaria vnitas generis proximi cum diuersitate speciei.

Ostenditur.

26. In eodem genere proximo calor & non calor facit dissimile. Non sic calidum, & non calidum pro parum calido, ex n. 12.

At calidum, & non calidum pro multum frigidum, facit dissimile.

27. De 2. genere, 1. assertio: Actio non est fundamentum, sed conditio fundandi. Probatur 1. Secundo.

28. 2. assertio: Omnis causalitas cuiuscumque causæ est conditio fundandi, si sit relatio realis.

aliquandò fundatur in numero quantitatis, aliquandò in numero transcendente: aliquandò verò numerus non est conditio fundandi, sed est ipsam fundamentum, vt cum binarium binario æqualem dicimus.

Aduertendum tamen est, quòd sicut in similibus est necessaria vnitas speciei; ita in dissimilibus est necessaria vnitas generis, cum diuersitate speciei. Nam albedo, & dulcedo non sunt similes, neque dissimiles propriè loquendo; sed dissimilia sunt, quæ in eodem genere proximo sunt diuersæ speciei, vt albedo, & nigredo; & ita in his vnitas generis, quæ est conditio fundandi, eodem modo explicanda est, quo declarauimus vnitatem specificam esse conditionem fundandi, scilicet quia albedo est color, & nigredo est color, & nigredo est non albedo, idè sunt dissimiles: sūt enim dissimilia quasi contraria, quæ in eodem genere dissentiant.

Præterea etsi in eodem genere, modo iam explicato, calor, & non calor facit dissimile: tamen calidum, & non calidum non facit dissimile; quatenus non calidum dicitur id quod habet parum caloris, quod est re ipsa calidum, & simile, licet non nominetur simile, sicut neque calidum nominatur, vt docuimus: igitur nò calidum, etsi inferat non simile, non tamen fundat dissimile; sed ex alio fundamento oriatur dissimilitudo, quia vbi est paucillum caloris, erit plurimum frigiditatis, qua sit dissimile alteri satis calido.

Circa ea, quæ fundantur in actione, & passione quatuor notanda sunt. Primum, quòd actio non est fundamentum, sed conditio fundandi; tum quoniam fundamentum est causa relationis in eo; in quo est; actio autem est in passio; ergo nò est fundamentum relationis, quæ est in agente: tum etiam quia paternitas, quæ fundatur in actione, illa transeunte manet; relatio autem sine fundamento non manet: non ergo actio est fundamentum, sed conditio fundandi, de qua iam disputauimus, decretumque est non esse necesse conditionem fundandi, existere in ipso relato.

Post hæc aduertendum est omnem causalitatem cuiuscumque causæ esse conditionem fundandi, si sit relatio realis causæ ad effectum: neque enim est maior ratio,

ob quam actio, quæ est causalitas agentis, sit conditio fundandi, quàm causalitates aliarum causarum. Itaque in singulis causis ad suos effectus nò deerit conditio fundandi relationem realem ex hac parte; quia quæuis causalitas, & quæuis ratio effectus est conditio realis fundandi relationem. Et hæc conditio reuocatur ad actionem, & passionem, quæ sunt notiores causalitates. Itaque si qua erit relatio realis materiæ, siue formæ ad suos effectus, ea fundatur in causalitate materiæ, & formæ. De qua re postea disputabimus inquirentes, quæ distinctio necessaria sit inter relata: vbi expendemus, vtrum distinctio inter materiam, & formam, quæ non sunt actu entia, sufficiat ad relationem realem his partibus adhaerentem.

Adhuc notandum est huiusmodi relationes posse fundari in re producta absque vlla causalitate, quæ sit conditio fundandi. Nam vt libr. 2. docuimus, creatio non est actio; neque vlla causalitas, siue ratio effectus absoluta est in substantia creata; relatio ergo creature, quæ est realis, fundatur in ipsa substantia creata, quæ est verum ens extra causam. Nam si creatur in tempore, illa est conditio fundandi, quòd antea non erat, & modò est, & hæc affirmatio post negationem est in re ipsa. Quòd si creetur ab æterno, prius naturâ est nihil, quàm sit ens verum, vel etiam prius natura est in potentia creatrice, quàm extra illam; & hæc negationes sunt in re ipsa; affirmatio verò est quòd sit ens verum. Nam homo antequam creetur non est ens, & cum creatur est verum ens. Et hoc satis est ad fundamentum relationis realis, vel potius ad conditionem fundandi.

Cum autem constitutum à nobis sit hæc tria genera relatorum non esse genera logica, neque sumi ab vnitate aliqua conditionis fundandi; non est admirandum, quòd relata huius secundi generis, hoc est, huius collectionis, quædam fundentur in actione, alia fortè in alijs causalitatibus, & alia absque vlla actione, aut causalitate: quia satis est quòd fundetur in re aliqua extra causam existente; quòd aliàs accidit per actionem mediam inter causam, & rem productam.

Postremo loco commemorandum est id, quòd aliàs docuimus, relationem originis, quæ est similitudo deducta ab alio, non

Ostenditur,

3. assertio:

Huiusmodi relationes possunt fundari in re producta absque vlla causalitate quæ sit conditio fundandi.

Ostenditur ex lib. 2. c. 24. p. 2. n. 2. & cap. 25. n. 16.

Quòd nò ens præcedens creationem, & verum ens iam creatum sint in re ipsa, sufficit ad conditionem fundandi.

30.

Occurritur obiectioni contra 2. & 3. assertionem,

31.

Aduert. ex lib. 2. cap. 18. p. 2.

non



non fundari in vnitate naturæ, in qua fundatur similitudo æquiparantiæ, sed fundari in actione: quia ipsa exemplatio est conditio fundandi relationem imaginis ad suum exemplar.

Exemplatio est conditio fundandi relationem imaginis

32. De 3. genere Arist. exempla, ex aliorum opinione.

1. sct. hoc 3. genus non esse verum genus, sed mensurabile, scibile, sensibile esse nouum modum relationis nominati.

In mensura verò naturali, qualis est quantitas, esse relationem realem (item in scientia & sensu) sicut datam in proportionem, quæ reducitur ad vnitatem.

2. sentent. ait relata mensuræ & mensurabilis pertinere ad causam effectricem, atque adeo ad 2. genus. Ratio.

Refellitur. In causa effectrice est similitudo æquiparantiæ: Vel dissimilitudo.

Vel similitudo disquarantiæ, quæ sit imago, si agens operetur per ideam, vel quasi ideam.

Tertium genus relatorum Aristot. non explicauit, sed indicauit exemplis; hæc enim esse ait mensuram & mensurabile, scientiam & scibile, sensum & sensibile. Quibus etiam in exemplis non suam, sed aliorum videtur sequutus esse sententiam; qui scientiam, & sensum dicebant esse mensuram rerum scitarum, & sensarum. Sicut qui opinentur Aristot. hic non posuisse verum genus relatorum, sed potius nouum modum relationis nominati; quia horum relatorum altera relata sunt, quia alia referuntur ad ipsa; ut scibile dicitur, quia de illo est scientia. Quibus addendum est in mensura esse aliquando realem relationem; in mensura, inquam, naturali, qualis est quantitas, non video quare relatio ipsa mensuræ fundata in intima natura quantitatis non sit realis relatio. Quod si in mensura aliqua, & scientia, & sensu, est realis relatio; mensurabile, scibile, sensibile, videntur esse solæ relationis nominationes acceptæ à prioribus relationibus. At verò illas relationes reales, mensuræ, scientiæ, & sensus possumus dicere fundatas esse in proportionem quadam ad suum obiectum, & perinde reuocari ad relationes primi generis, quæ in vnitatem fundantur; nam & proportio reducitur ad vnitatem. Alij sunt qui hoc genus relatorum mensurabilis, & mensuræ ad causam effectricem reuocent: certum est enim eam causam, quasi mensurare effectum suum, cui scilicet tribuit perfectionem, vel æqualem, vel etiam deficientem. Vnde aliqui crediderunt relationem mensurabilis fundari in ipsa actione, & non esse tertium genus relationum. Sed falluntur maximè, nam agens intendit assimilare sibi passum per formam, quam producit, in qua forma fundatur similitudo, si sit eiusdem speciei: si verò non sit eiusdem speciei, non sequitur realis relatio similitudinis; imò dissimilitudinis, ut docuimus; licet in genere, aut analogia sit similitudo rationis. Quod si agens per ideam, aut quasi ideam operetur, similitudo disquarantiæ, quæ in actione fundatur, est imago. Nulla ergo

A relatio realis mensuræ, aut mensurabilis ibi inuenitur, nisi fortè relatio rationis metientis, siue ponderantis perfectionem causæ, & effectus. Hæc igitur non sunt suapte naturam mensurabilia.

Hæc opinioniones Aristoteli quidem non sunt contrariæ, qui ita obscure hoc genus relationum edocuit, ut seruatis eius verbis liceat variare sententiam. Sed præter id, quod discedunt à Philosophorum communi sensu, falsæ esse conuincuntur; tum quoniam non ponunt in hoc tertio genere relationes reales distinctas à primo, & secundo genere, sed confundunt illas cum

B secundo genere, quod in actione fundatur; vel ponunt solas relatiuas appellationes extrinsecas mensurabilis, scibilis, & sensibilis, quod æquum non est credere Philosophum voluisse; tum maximè, quia in hoc tertio genere possunt collocari relationes reales distinctæ à reliquis, & his nominibus, quæ Arist. posuit indicatas, ut ostendemus: ergo credendum est easdem illum voluisse his nominibus significare.

Illi igitur, qui tertium genus relatorum ab Aristot. proditum fuisse consentiunt, non aliter hoc explicant, quam ut dicant perfectionem mensurabilem per aliud, habere relationem transcendentem ad illud; & hanc perfectionem, siue transcendentem relationem esse fundamentum realis relationis mensurabilis.

Sed multa his obsunt, quæ opus sit pro opinione tuenda expediri. Primum enim explicandum est quænam hæc res sint, quarum perfectio mensuratur per alias res. Deinde quare perfectio ea, quæ mensuratur per aliud, habeat ad illud transcendentem relationem. Tertio, utrum hoc ipsum necesse sit, vel potius sine relatione transcendentem possit reperiri relatio mensurabilis, si quidem non videntur esse connexæ. Postremò quare esse mensurabile per mensuram extrinsecam sit relatio realis.

His omnibus vna assertione faciamus satis, vnde totius questionis enodationem depromemus. Aimus hæc relata tertij generis non reperiri extra potentiam, quæ obiectum prospectat, & habet actiones immanentes. His enim est propria quædam mensura, siue potentiam mensuret obiectum, siue etiam obiectum, aut operationem potentia ipsa mensuret, ut postea dicemus.

Aduertendum est enim, quod potentia, quæ obiectum respicit, siue sit cognoscens,

Itæ relatio rationis ponderantis perfectionem causæ, & effectus.

33. Dicitur sententia Aristoteli non aduersantur.

Nihilominus conuincuntur, ex proximè dictis.

Secundo & præcipue.

34. 3. sententia ponens 3. genus fundatum in relatione transcendente.

35. In hac sententia difficultas.

Secunda.

Tertia.

Quarta.

36. Pro difficultate assertio. Relatio tertij generis est solum inter potentiam, & obiectum. Ratio.

37. Pro declaratione aduert.



Potentia cognoscens & appetens nobis data propter dilatatione nostri ad res alias per operationes immanentes, & sic dilatatio nos pericientes.

Cognitio nostra deficit a re cognita, v. e. leone, & commensuratur per illa ut per mensuram excedentem.

Cognitio diuina est perfectissima.

Licet cognitio nostra sit ens perfectius, quam leo, tamen deficit ab ente quatenus est duntaxat loco leonis.

Vicuerfa quando obiectum pendet ab alijs potentijs, vt artefactum, deficit a cognitione, & voluntate artificis, & commensuratur per illa, vt per mensuram excedentem.

38. Confess. 1.

Confess. 2.

39.

2. aduert. Potentia aliqua do est mensura. Ostenditur in intellectu pratico regulate operationes, & res operabiles.

cens, siue appetens, ad hunc finem nobis collata est, vt per actiones suas dilaret nos ad res alias extra nos, que tamē dilatatio nō est motus extra agens, sed est operatio immanens, & perfectio agētis. Is igitur, qui cognoscit, & appetit per istas actiones fit omne cognitū, & appetitū, vt lib. 2. docuim⁹: quia in illo cognitio est vice rei cognita, & appetitio est loco rei appetita: in qua re statim intelligitur quidā defectus, quia homo secundum cognitionē fit leo, non re ipsa, sed similitudine; & ita inuenitur in hoc defectus quidā; deficit enim cognitio nostra a re cognita: & est ibi in cognitione quēdā cōmensuratio per mensurā excedentem, quæ est res cognita. Quod enim homo per cognitionē fiat leo, est perfectio hominis, nō leonis; & hæc perfectio non peruenit ad hoc, vt cognoscēs sit re ipsa leo: cognitio autē diuina est perfectissima, quia est secundum naturam res ipsa cognita scil. sua essentia, vt lib. 2. docuimus. Et licet cognitio nostra sit ens perfectius, quam leo; tamen in hoc, quod est loco leonis, deficit ab ente, quia non est verus leo, sed loco leonis duntaxat. Et vice conuersa; quando obiectū pendet a potentia cognoscente, & appetēte, inuenitur in obiecto defectus; quia non attingit artem, & voluntatē artificis, quæ mensuratur: cathedra enim imitatur artem, quæ est in mente, siue ideam; sed nō est ipsa ars, aut idea: igitur hoc quoque mensurabile deficit a mensura. Et hæc relationes mensurabiles sunt, quæ pertinent ad tertium genus relatorum, siue potentia mensuretur per obiectum, siue per potentiam mensuretur ipsum obiectum.

Ex quibus illud primum sequitur, de quo erat petitum, nō omnem perfectionem mensurabilem pertinere ad hoc genus relatorum; sed eam perfectionem, quæ inuenitur in his potentijs, vel earum obiectis, vt dicemus. Secundum cōfessarium est, mensuram in his relatis propriam esse inter potentiam, & obiectum attendendam; vt & relatio propria inueniatur, quam non sit necesse indagare in rebus alijs.

Post hæc considerandum est potentias has non solum esse mensuratas, sed esse aliquandō mensuram. Nam intellectus practicus est regula operationum, & rerum operabiliū, quæ absque dubio rela-

A tione reali referuntur ad regulam, sicut mensurabile ad mensuram; & earū perfectio tota sumitur ab intellectu pratico, aut ab operatione eius. Quo fit, vt hæc relatio mensurabilis in hoc genere tertio collocanda sit: est enim relatio fundata in perfectione rei, secundum quod commensuratur alteri rei; ergo etiam relationes cōformitatis, quibus operationes nostræ referuntur ad intellectū practicum, pertinent ad hoc tertium genus relatorum, sicut & obiecta, quæ per potentias mensurantur, vt diximus.

Quod si iam hoc loco quæras, vt r̄m hæc omnia relata tertij generis fundentur in relatione transcendentem, quod nobis erat antea propositum: in potentijs quidē, quæ mensurantur suis obiectis, relationes transcendentem sunt, si quæ sunt: & operationes, quæ regulantur per intellectum practicum, eodem modo videntur ad illum referri relatione transcendentem (vt aiunt) quia hæc operationes suapte naturā respiciunt intellectū practicum, & non possunt sine illo respectu defini: quam aiunt esse naturam relationis transcendentem, vt sine illa res aliqua non definiatur.

C Sed sunt operationes etiam virtutū, quæ imperantur, siue diriguntur ab alijs virtutibus, per quas videntur mensurari; & tamen non habent ordinem transcendentem ad illas; accidit enim in istis dirigi per illas. At verò obiectum ipsum, quod aliquandō est effectus potentie, vt artefacta, quæ sunt per intellectū practicum, mensuratur per ipsum intellectum; vt lectus, cathedra, domus; quæ relatio haud dubiè videtur ad hoc genus relatorum pertinere; & tamen non videntur habere relationem transcendentem ad suam mensuram, scilicet ad intellectum. Ego nunquam libens in angustias eo, & certè videtur nihil nos cogere, vt dicamus in his esse necessariam relationem transcendentem; maximè cū illa nulla sit, vt docuimus.

Nihilominus, si dicamus relata transcendentia esse, quæ sunt definitione cum rebus alijs coniuncta, saltē definitione causali per causam, licet extrinsecā, necessariam: possumus dicere relata huius generis esse definitione coniuncta; quia si potentia est, quæ mensuratur, illa sine obiecto, a quo mensuratur, defini non potest: si verò operatio potentie, aut obiectum

In his est realis relatio tertij generis.

Ratio.

40. Circa 2. & 3. difficultatem, 1. assertio: In dictis potentijs, & operationibus practicis sunt relationes transcendentem, si quæ sunt.

41. 2. assertio: Operationes virtutum imperatae ab alijs virtutibus videntur mensurari per illas sine relatione transcendentem. Sic res operabiles per intellectum practicum.

Probatio ex cap. 1. p. 1. n. 11

42. 3. assertio: Si ad relata transcendentem sufficit esse cū alijs coniuncta definitione per causam necessariam, licet extrinsecā (quod probabile est) relata huius generis sunt in transcendentem. Ostenditur 1. in potentia.



Secundo in operatione

iectum illius, mensuratur per potetiam, necesse est etiam, vt per illam definiatur, vt per causam efficientem necessariam. Nam operationes, quæ per se diriguntur per virtutes aliquas, aliquid naturæ insitum indè habent, quo dicuntur mensurabiles, & illud est ad illas virtutes, quibus diriguntur, vt ad causam reuocandum: artefacta autem, cum non sint opera naturæ, sed artis, necessariò ad artem reducuntur. Et ita potest probabiliter defendi in istis relatis tertij generis relationem transcendentem inueniri secundum quòd potentia, operatio, & obiectum necessitate aliqua copulata sunt.

Item in obiecto operabili.

43. Relationes 3. generis, vt plurimum, sūt aut realis relatio veri, aut boni.

Considerandum etiam est relationes huius generis, vt plurimum, esse aut relationem realem veri, aut boni: hæ enim sunt propriae relationes istarum potentiarum. Et quidem in intellectu speculatiuo relatio veri est realis. Et in practico relatio veri non est realis, nisi in rebus, aut operationibus regulatis per intellectum: quo pacto plurima entia perfecta referuntur reali relatione veri ad intellectum diuinum, vt hoc libro dicemus. Et etiam cum hac relatione reali veritatis potest coniungi relatio transcendens; quia omnia entia naturalia comparata cum Deo, sunt quasi artefacta per ideas, & artem, per quam possunt defini, vt per causam necessariam.

44. Ex Arist. Relata tertij generis ex propria ratione fundamenti sūt non mutua.

Non tamen omnia nō mutua sūt tertij generis. Ostenditur.

Est autem & huic doctrinæ consentaneum, quod Aristoteles docet, hæc relata esse, quia alia ad ipsa referuntur, scilicet esse relata non mutua, quod capite sequenti elucidabimus. Noluit enim Philosophus omnia relata non mutua hoc genere complecti, cum alia quædam non mutua, extra hoc genus inueniantur, vt relatio creaturæ, & creatoris, quæ fundatur in actione, vt explicauimus, & pertinet ad genus secundum. Sed voluit insinuare hæc relata ex propria ratione fundamenti esse non mutua, quia mensurabile habet relationem realem, mensura verò non realem, sed rationis.

45. In relationibus 3. generis fundamentum & terminus est potentia, habitus, operatio, & res que est obiectum.

Hæc autem vt explicemus, meditandum est fundamentum harum relationum, conditioque fundandi: fundamentum est potentia, siue habitus, siue operatio potentia habentis obiectum, & res ipsa, quæ est obiectum; quia hoc nomen, obiectum, significat formaliter relatio-

**A** nem rationis; quæ re ipsa non terminat relationem realem; sed debet esse ens reale vtrumque extremum relationis: quare scientia vna relatione reali referatur ad omnem rem scibilem, & non ad ipsum scibile formaliter. Conditio autem fundandi est perfectio rei mensurabilis; & res altera existens, quæ est mensura. Quæ autem his relationibus referuntur, easdemque terminant, sunt potentia, habitus, operatio, & obiectum, cum in his huiusmodi relationes inueniantur, vt docuimus. Vt autem intelligamus, quæ res sit mensurabilis, & quæ mensura, ipsa natura potentia, & obiecti attendenda est: in speculatiuis intellectus, & operatio sunt mensurabilia; in practico hæc sunt mensuræ; nisi quòd operationes quædam sunt regulæ aliarum, ita vt sit aliqua operatio mensura, & aliqua mensurabilis.

**B** Et in appetitu similiter expendendum est, si quando sit potentia mensurata, aut verò si quando sit mensura: hæc enim, scilicet esse mensuratum, & mensuram, prius conceptu absoluto meditatur in ipsis rebus, & indè veniunt relationes mensurabilis, & mensuræ.

**C** Et hoc fortè est quod S. Thom. sibi voluit 5. Metaph. lect. 17. verbis perobscuris, dicens hæc relata tertij generis consideranda esse, secundum quòd vna res secundum esse pendet ab alia, & non secundum actionem. Nam potentia cum operationibus, & rebus, quæ obiecto continentur, ita est copulata, vt vnum sit propter aliud; quia quamuis scientia aliqua non sit effectus rei scibilis, tanquam causæ efficientis; est tamen propter scibile, non solum dum fit, sed dum etiam existit, quod est pendere ab alio secundum esse. Quare eodem loco relata primi generis reuocauit ad mensuram, scilicet, quia vtraque relata primi generis sunt mensurata, aut vnitatem, aut numero: hæc verò tertij generis non ita se habent, sed alterum est mensura, & alterum mensurabile; quo fit vt mensurabile, secundum esse pendeat à mensura.

**D** Hac etiam ratione videtur nobis explicandum esse id, quod docet Sanctus Thom. in 1. disc. 30. artic. 3. ad 3. quòd scilicet in re scita non fundetur relatio realis, sicut fundatur in re amata: neque enim vult, vt quidam interpretantur, relationem amati esse realem; cum sit so-

Conditio fundandi est perfectio rei mensurabilis, & res altera existens, quæ est mensura.

In speculatiuis intellectus & operatio sūt mensurabilia; In practico hæc sunt mensuræ: nisi quòd aliqua operatio est ab alia mensurabilis, 46.

47. S. Thom. explicatur, dicens in his relatis vnam res secundum esse pendere ab alia

In 1. genere vtrumque relatum est mensuratum.

In 2. alterum tantum.

48. Idem explicatur.

Interpretatio Soarez. Refellitur.



Secunda reij-  
citur.

3. & vera in-  
terpretatio.

Res appetita  
aliquando re-  
fertur relatio-  
ne reali con-  
formitatis ad  
appetitum.

Obiectum sci-  
entia, quia est  
habitus specu-  
latus, nō sic  
ad eā refertur.

Hec 3. inter-  
pretatio pro-  
batur, secundā  
refutando  
ex S. Thom.

Idem.

49.

Mēsurā & mē-  
surabile hic su-  
mantur non  
propriē, sed la-  
tē, quo pacto  
appetitus regu-  
latur per appe-  
tibile, vt n. 35.

Regulatur  
propriē per in-  
tellectum. vñ  
de bonis, seu  
recte rationi  
conformis di-  
citur reali re-  
latione.

la appellatio ab extrinseco, qua res di-  
citur amata, quia est qui rem amat. Sed  
neque voluit relationem appetitus, &  
appetibilis esse mutuam. Sed videtur  
significare voluisse non solum appeti-  
tum relatione reali conformitatis refer-  
ri aliquando ad rem appetitam; sed rem  
ipsam aliquando referri relatione reali  
conformitatis ad appetitum, quod simi-  
liter de intellectu dicendum est; aliquā-  
do enim hæ potentia mensurantur ob-  
iecto, aliquando verò obiectum mensu-  
ratur per ipsas potentias. Scientia verò,  
quia est habitus speculatiuus, & nunquā  
est principium rei productæ, idcirco est  
semper mensurata, & relata reali rela-  
tione mensurabilis: obiectum verò sci-  
entia non mensuratur per ipsam, neque  
conformatur illi; & idcirco non refertur ad  
scientiam reali relatione mensurabilis.  
Neque est dubium ita sensisse S. Thom.  
1. p. quæst. 13. artic. 4. vbi ait inter ea,  
quæ sunt diuersi ordinis, non esse rela-  
tionem mutuam: constat autem appe-  
tibile, & appetitum non esse eiusdem  
ordinis; ergo relatio hæc non est mutua,  
etsi modò in vno, modò in altero ex-  
tremo possit esse realis relatio, vt dixi-  
mus. Et idcirco etiam S. Thom. dixit  
in 1. dist. 30. quæst. 1. art. 3. ad 3. relatio-  
nem tertij generis nō esse mutuam; quia  
non est fundamentum in vtroque ex-  
tremo, scilicet in eo, quod mensura di-  
citur.

Quamobrem etiam aduertendum hic  
est, quòd hæ fundandi conditiones ex-  
plicantur nominibus amplis, & æquivo-  
cis. Quare mensuram, & mensurabile,  
hic dicimus non propriē; sed quouis  
modo id, quod alteri coaptatur, dicitur  
mensuratum: quo pacto hoc nomen  
quadrat etiam appetitui, & appetibili;  
non quòd appetitus regulatur propriē  
per appetibile; sed quia ad hoc datur  
appetitus, vt sit in nobis loco rei appe-  
tibilis, intelligitur quasi mensuratum  
per appetibile. Itaque appetitus pro-  
priē regulatur per intellectum, & dici-  
tur bonus quando est recte rationi con-  
formis, quæ bonitas est relatio realis in  
appetitu. Sed præter hanc est relatio  
alia appetitus ad appetibile, quæ non  
est propriē mensurabilis, sed est poten-  
tia, quæ suo obiecto coaptatur, & in il-  
lud dirigitur: vt postea explicabimus de  
bono disputantes.

### CAPVT XIII.

*Relationes reales quædam naturā suā re-  
feruntur ad relationes oppositas,  
quædam ad absolutā.*

**D**E terminis relationū est adhuc dis-  
putandum, quæ decertatio Theolo-  
gis satis est dubia. Et quia sentimus non  
omnes relationes, sed aliquas, ad opposi-  
tas referri ex natura sua; diuidenda est  
quæstio, & caput simul in partes duas.

Prima pars: *Non omnis relatio termi-  
natur ad relationem oppositam.*

Secunda pars: *Quædam relationes ter-  
minantur ad oppositas.*

#### PARS PRIOR.

*Non omnis relatio terminatur ad rela-  
tionem oppositam.*

**C**IRCA primam sectionem quæstionis  
Tho. Caiet. 1. p. q. 13. art. 7. opina-  
tur omnem relationem realem termina-  
ri suapte natura ad relationem sibi op-  
positam, ad quam scilicet refertur, & per  
quam etiam definitur. Et eadem est opi-  
nio Hispal. in 1. d. 30. q. 1.

**C** At verò explicandū statim est, quid sit  
relationē terminari ad aliam: sicut enim  
actiones immanētes terminantur ad ob-  
iectū, non quasi ad illud re ipsa pueniāt,  
cū potius maneāt in agēte, sed quia intel-  
liguntur, vt via quædam, & progressio, cuius  
terminus est obiectum ita & vna relatio  
dicitur terminari ad aliud; quia cū rela-  
tio sit ad aliud, significatur etiā per mo-  
dū progrediētis in aliud, cuius terminus  
est id, ad quod quasi progreditur relatio;  
quo etiam pacto vna relatio dicitur res-  
picere aliam; hæc enim nomina meta-  
phorica sunt, res autem significata est,  
quòd relatio sit ad aliud.

**D** Ex quibus etiā liquet in re illa, ad quā  
relatio est, nihil reale esse, quòd relatio  
sit ad re illā; siquidem relatio est distin-  
cta res ab ea, ad quā est: est ergo in ipso  
termino relationis sola appellatio, & de-  
nominatio extra re, quòd relatio ad illā  
terminetur, siue referatur. Et in eodē se-  
su esse terminū relationis, est sola deno-  
minatio extra re, siue extrinseca, vt aiūt.  
At verò non disputamus de termino re-  
lationis, vt est extrinseca quædam nomi-  
natio, & relatio rationis; sed de ea re, quæ  
est terminus, facimus quæstionē: vtrum  
necesse sit illud, ad quod est relatio, esse  
alteram relationem oppositam.

Adhuc

1. sent. opposi-  
ta titulo.  
Caiet.

Hispalensis.

2. Prænotandū.  
Actio imma-  
nens intelli-  
gitur vt pgressio.  
Sic relatio  
cum sit ad ali-  
ud, dicitur me-  
taphoricè via,  
seu progressio  
ad aliud, & res-  
pectus ad aliā  
relationem.

3. Terminare re-  
lationē est ap-  
pellatio extrin-  
seca, & relatio  
rationis.

Quæstio pro-  
cedit de re, quæ  
est terminus.



4. Declaratur hoc.

Adhuc est aduertendum, quod relatio est ad aliud, scilicet ad aliud subiectum relationis oppositae, & est etiam ad ipsam relationem; verbi gratia, similitudo est ad aliud, scilicet ad aliud corpus, in quo est similitudo, & est praeterea ad ipsam similitudinem: simile enim est ad simile, sicut nostro modo intelligendi. Hoc ergo est, quod quaeritur, utrum omnis relatio sit ad aliud, non solum ad subiectum relationis oppositae, sed formaliter ad ipsam relationem oppositam? Et hoc quidem, utrum ex natura relationis, ita ut relatio naturam ipsam terminetur ad aliam, an vero sola consideratione intellectus?

2. sent. in tit. asserta: de relationibus non mutuis. Probat euidenter. Non est realis relatio existens ad subiectum non existens, seu ad non ens. S. Thom.

Dicendum igitur est relationes reales non mutuas non terminari naturam suam ad relationes oppositas, quae sunt relationes rationis. Hoc autem euidentissimè monstratur; nisi enim subiectum relationis oppositae existat, relatio ad illud non est realis, ut scientia non refertur relatione reali ad scibile, nisi illud existat. Quae est consensus Philosophorum sententia. Hoc testatur S. Thom. 1. p. q. 13. art. 7. & pluribus alijs in locis, quibus docet non esse relationem realem ens ad non ens. Idem docet q. 28. ar. 1. & 2. contra gent. c. 12. & de potent. q. 2. ar. 6. & q. 8. ar. 1. Auicena 3. Metaph. cap. ult. Concordant de re eadem Thomistae cum Ioan. Scoto in 2. d. 31. & hoc videtur docere Arist. 5. Metaph. cap. 15. ergo similiter, si vna relatio ex natura sua est ad aliam relationem oppositam; non est realis ista, nisi & illa opposita realis sit; neque haec existit, nisi altera existente. Quapropter doctè affirmat S. Th. 3. c. 13. vnu relatum aliqua ratione pendere ab alio; non quia vna relatio pendet ab alia, cum sint simul naturam, & vna non sit causa alterius: sed quia vna relatio pendet ab existentia alterius subiecti quasi a conditione fundandi, ut docuimus; non autem pendet vna relatio ab alia, etiam isto modo; sed si sit vna relatio ad aliam ex natura sua, utraque existere necesse est: quia non potest esse relatio realis ad non ens. Et confirmatur, quia omnis relatio realis est cum aliquo ordine, ut declarauimus; ergo relatio realis, quae est ens, non ordinatur ad non ens; ergo relatio realis, non est ex natura sua ad relationem rationis.

Auicena. Scot. Arist.

S. Thom. explicatur. Relatio non pendet ab opposita relatione, etiam ut a conditione fundandi, sed ab existentia subiecti illius.

Confirm. 1. sententia Caietani. S. Thom. hoc arg. & Aristotele falso patronum

Thom. Caiet. hoc argumeto adactus, & illo etiam quod falso credit Aristotele dixisse relata tertij generis ex utraque

A parte esse realia, hoc ipsum expressis verbis tueretur, & vniuersim in relationibus non mutuis, utrumque esse relatum reale, & utrinque esse realem relationem. Et quoniam cogitur concedere cum Arist. S. Thom. & tota schola in his non mutuis esse in altero extremo relationem rationis, v. g. relationem scibilis ad scientiam esse rationis; hoc ipsum fatetur de ista relatione considerata ex proprijs: sed si (inquit) consideretur, ut est terminus relationis realis, ipsa quoque est realis denominatione extrinseca; quia est terminus relationis realis. Hanc vero realitatem ortam ex sola denominatione extrinseca, satis esse docet in relatis, ut utrumque relatum sit reale, & utraque relatio realis, & ens extra animam. Quod si obieciatur quod in relatiuis non est extrinseca denominatio, ut docet S. Thom. 2. contra gent. c. 13. quia relatum refertur relatione, quae est formaliter in ipso: Concedit formam ipsam relatiuam non esse extrinsecam denominationem. Hoc ipsum videtur prius docuisse Greg. in 1. d. 28. q. 3. & Durand. ut in q. de bono commemorabimus.

Qua etiam in re aduertendum est non docuisse Caiet. quod scibile referatur ad scientiam relatione ipsius scientiae; ut quidam falso obieciunt: ponit enim in ipso scibili relationem rationis, quae refertur ad scientiam: sed illam ait esse realem, quatenus est terminus realis relationis, ut iam explicauimus.

Hae tota opinio Caiet. videtur coniti eo fundamento, quod illa, quae dicuntur de alijs ante speculationem intellectus, solent quoque dici entia realia; quo pacto S. Th. c. 1. de ente & essentia ex Arist. sententia cecitatem ait esse ens reale; quia re ipsa quidam homo est caecus. Quia ergo in illo extremo, in quo est relatio rationis, non est causa sufficiens, ut ea relatio dicatur realis, ab altero extremo hoc petitur; v. g. quia relatio scibilis in ipso scibili non habet causam istius appellationis, ut dicatur ens reale, petit hoc ab altero extremo, scilicet a scientia, quae relatione reali refertur ad scibile; unde & relatio scibilis dicitur realis. Et hoc quidem non adeo est improbabile. Sed neque probatur satis. Nam cum ea quaestio sit de nomine, hoc est, de appellatione, & S. Thom. sapientissime cum tota fere classe scholasticorum relationes has appeller rationis, & nunquam reales; quare dicimus reales, nisi

creditum ini- ta, Relationes non mutuas v- trinq; esse rea- les. Declaratur.

In scibili rela- tionem ratio- nis ait esse rea- lem, quatenus est terminus relationis rea- lis.

Obiectio ex S. Thom.

Respons. Gregor. Durand.

7. Caiet. non scit scibile re- ferri ad scien- tiam relatione ipsius scientiae.

8. Caietani fund.

S. Thomas ex Aristot. ait cecitatem esse ens reale.

Caietanus non omnino improbabiler. Cum quaestio sit de nomine im- probatur ob- modum loque- di singulari.



Illius sentent. explicatio indigna.

9. Vera explic. ut nu. 6. & 8.

Illam non satisfacere argumentis pro 1. conclusione. Probatur 1.

Probatur 2. euidenter ad hominem.

Confirm.

Probatur 3.

Relatio realis non terminatur ad denominationem extrinsecam, neque ad realitatem quam vult Caiet. cum hac consequatur denominationem.

10. Deus dicitur re ipsa Dominus.

vt in errorem inducamus addiscentes. Quod si quis credat existimasse Caietanum in relatiuis ex denominatione extrinseca posse oriri realitatem; ita vt ea relatio, quæ est ex propria ratione formalis ens rationis, ex denominatione extrinseca fiat verè realis relatio, verumq; ens extra animam, quod sit contentum ea realitate, vt Caiet. loquitur, & transeat, siue transmutetur ens rationis in reale ens: ea sanè existimatio indigna est, quæ vllis refellatur argumentis.

Quod si de Caiet. putemus ea, quæ æquum est credere, & nihil aliud tota illa quæstione egisse, nisi vt relationem rationis oppositam relationi reali appellaret etiam realem. Per hæc eadem minimè satisfacit quæstioni; nam ea relatio rationis, quam appellat realem, non est res producta, & creata, neque verū ens, neque existit, vt liquet; ergo non terminat re ipsa relationem realem. Præterea est argumentum ad hominem euidensissimum; nam relatio est ad relationē aliā formalitèr; sed relatio alia formalitèr, vt relatio est, est ens rationis, & nō ens reale, vt ipse Caiet. confitetur; ergo relatio realis non est formalitèr ad relationem non mutuam, quæ est relatio rationis. Et confirmatur, quia illa relatio opposita terminat alteram, relatiuè se opponendo; sed ex propria ratione relatiua est relatio rationis; ergo nō terminat suapte natura relationem realem; siquidē secundum naturam non refertur, cū non sit res naturalis, & creata. Præterea, quod vna relatio terminet aliā ad sensum, quo disputamus, est denominatio extrinseca, vt admonuimus; relatio autē realis non terminatur ad denominationem, neque ad aliud consequens denominationem, sed ad rem illam formalitèr, quæ nominatur terminus relationis. Cum ergo relatio illa, quæ terminat, sit formalitèr ens rationis, consistente Caietano, & realitas, quam ille vult, consequatur denominationem; certè relatio realis ad relationem rationis refertur formalitèr, quod est impossibile: quia iste modus referendi non est naturalis reali relationi; relatio enim realis suapte natura est ad aliud ens reale, siue absolutum, siue relatū, quod est fundamentum nostræ sententiæ.

Aduertendum etiam est, quod etsi res quæ scitur, dicatur re ipsa scita, & Deus

A dicatur re ipsa Dominus, vt docet S. Th. de potent. q. 10. art. 7. non tamen sequitur, vt esse scitum, aut esse Dominum in Deo sit realis relatio; sicut personæ diuinæ sunt re ipsa similes, & tamen similitudo illa non est relatio realis, vt hoc libro dicemus.

B Per hæc autē refringuntur similes aliorum responsiones; aiunt enim relationes non mutuas, quæ sunt rationis, oppositæ tamen realibus relationibus, etsi non sint res veræ, & existentes, esse tamen suo modo in intellectu saltē diuino, & esse in suo subiecto, quasi in proxima potentia, aut fundamento proximo; & actu conuenire ipsi subiecto, quod denominatur relatū. Quidquid autem per hæc intelligant, dummodò confiteantur esse relationes rationis, non res veras, & existentes, eodem argumento religantur, & eodem fune trahuntur; neque enim relatio realis potest esse ad nō ens, scilicet ad relationem rationis, quæ est non ens.

C Quidam respondēt relationem realem non esse ad non ens absolutum, sed bene esse ex natura sua ad relatiuum non ens; & ita scientiā non referri relatione reali ad non ens, scilicet ad rem scitam non existentem; bene tamen referri ad relationem ipsam scibilis, vt ad oppositum, per quod definitur, etsi illa relatio sit rationis, & non ens. Sed hoc responsum aperte cōvincitur, cum nulla sit ratio, vt subiectum oppositæ relationis, ad quod relatio terminatur, oporteat existere; ipsā verò relationē, quæ magis opposita est, & ad quā magis formalitèr terminatur relatio, nō oporteat esse ens verū, & existēs.

D Dicendum igitur est relationem realem non esse natura sua ad relationem rationis, nisi per intellectus contemplationē ad illam referatur, vt postea explanabimus.

Confirmatio.

Hæc sententiā probatur primū duo argumento à verbis Aristot. 5. Metaph. c. 15. vbi de relatis tertij generis, sic ait: Ideò dicuntur ad aliud, quia aliud ad ipsa dicitur: ergo vnum relatū est causa alteri, vt referatur; ergo non est terminus formalis alterius. Probatur cōsequentiā, quoniā relatio, & terminus formalis sunt simul naturā; nō ergo vnū est causa alteri, vt referatur. Quod argumentū vt melius percipiatur, attēdamus relationē rationis, quæ est opposita reali, oriri

S. Thom. Non tamen est Dominus relatione reali. Exemplum.

11. 2. sentent. Fonseca 5. Met. c. 15. q. 4. sect. 4.

Refutatur ex n. 5.

12. 3. sent. quorūdam.

Refutatur ex n. 5.

13.

14. Argum. ex verbis Arist.

Relatio & terminus formalis sunt simul naturā, Relatio rationis quæ est opposita reali, oritur ab illa.

ab



Licet relationes oppositas simul apprehendamus, reflexa tamen cognitione intelligimus relationem illam rationis orta esse ab apprehensione relationis realis oppositae.

ab illa. Nam etsi nostro modo intelligendi relationes oppositas simul apprehendamus; reflexa tamen cognitione intelligimus relationem illam rationis non inesse rei, sed ortam fuisse in nostra mentis apprehensione, dum relationem realem oppositam apprehenderemus, verbi gratia, qui cogitat creaturam, refert etiam cogitationem ad creatorem naturali modo intelligendi, quo res inter se comparamus. Est enim nobis naturalis modus intelligendi, ut faciamus multa relata cogitando, ut antea docuimus. Et ita ubi ratio non est realis, sed rationis, ea tamen est opposita relationi reali, verè dicitur orta ab illa. Et hoc est quod ait Aristot. hæc scilicet, in quibus ratio est rationis, ut intelligibile, & scibile, dici ad aliud; quia aliud dicitur ad ipsa.

Confirm. S. Thom.

Confirmatur S. Thom. consensione, qui Philosophum eadem ratione consequitur. Et hæc est comunior opinio; nam ceteri qui opinantur aut omnia relata referri ad absolutum, aut saltem quædam, subscribunt nostræ sententiæ contra Tho. Caiet. quos parte secunda capitis commemorabimus.

PARS POSTERIOR.

Quadam relationes terminantur ad oppositas.

1. Sent. opposita titulo. Scot. Capreol. Soncin.

**T**erminari omnia relata suapte naturâ ad absoluta ut ad terminum formalem, opinatur Ioan. Scotus in 1. d. 30. q. 1. cū suis. Et est in sententia eadem Ioan. Capreol. q. 1. art. 2. ad 3. Et Paul. Soncin. 5. Metaph. q. 30. ad 1. & alij. Et adducuntur argumentis quibusdam, quæ cap. sequenti cōfutanda sunt. Hanc opinionem in relatis non mutuis parte priori capitis comprobauimus, asserentes relationes reales non esse naturâ suâ ad relationes rationis oppositas, sed ad aliud absolutum, quod est ipsius relationis subiectum; verbi gratia, ratio creaturæ ad Deum terminatur, & ratio scientiæ ad rem, de qua est scientia.

2. senten. in titulo asserta: de relationibus mutuis. Probatur. 1.

Sed quod relata mutua referantur ad sola absoluta, & non ad ipsas relationes formaliter, opinamur omninò esse à ratione alienum. Considerandum est autem id, quod antea docuimus, esse in re-

**A**latis subiectum relationis, & fundamentum illius, & relationem ipsam. Et hæc omnia suo modo opponuntur; necesse est enim subiecta relationum oppositarum esse distincta, & fundamenta distincta; & hæc oportet esse distincta propter relationes oppositas, quæ sibi mutuo opponuntur. At verò ratio ipsa respicit subiectum relationis oppositæ, & illius fundamentum, & maxime relationem ipsam, propter quam respicit subiectum, & fundamentum illius; neque vllus hominum hoc negauit. Respicere autem aliud, & terminari ad aliud idem planè est, ut obseruauimus parte capitis prioris; ergo ratio formaliter, præcipueque terminatur ad relationem. Explicatur hoc luculentius, nam ratio suo modo ad relationem refertur. Quod si minùs propriè contendas dici, quod ratio referatur id profectò abnuis, quia ratio potius est ratio formalis referendi, quàm relata; sicut existentia non existit, cum sit ipsum existere. Relationem autem esse ad aliud, vel terminari ad aliud idem est, quod referri ad aliud, ut explicauimus; neque enim aliud est terminari, nisi appellatio quædam, qua explicatur exercitium, siue usus relationis, quod est referri; ergo eo modo potest dici ratio referri, siue esse ad aliud, siue terminari ad aliud: cum ergo ex illa altera parte occurrat relationi ratio realis opposita illi relatiuè, quæ est ratio referendi illud aliud ad hoc primum: quis potest negare ipsam relationem præcipue esse terminum formalem occurrentem reali relationi oppositæ? Hic enim habet locum Arist. axioma, *Prop. ter quod unumquodq; tale, & illud magis*: nam si simile refertur ad simile propter similitudinè; ipsæ similitudines eo modo quo possunt referri, maxime ad sese mutuo referuntur; cum sint ipsæ rationes, propter quæ subiecta referuntur. Confirmatur, quia terminus est res illa, quæ occurrit progredièti, quo tenditur; sed Pater est ad Filium, simile ad simile, & vna ratio, si realis sit, naturâ suâ occurrit alteri, & opponitur illi: ergo vna est alterius terminus formalis, & præcipuus.

**B**latis subiectum relationis, & fundamentum illius, & relationem ipsam. Et hæc omnia suo modo opponuntur; necesse est enim subiecta relationum oppositarum esse distincta, & fundamenta distincta; & hæc oportet esse distincta propter relationes oppositas, quæ sibi mutuo opponuntur. At verò ratio ipsa respicit subiectum relationis oppositæ, & illius fundamentum, & maxime relationem ipsam, propter quam respicit subiectum, & fundamentum illius; neque vllus hominum hoc negauit. Respicere autem aliud, & terminari ad aliud idem planè est, ut obseruauimus parte capitis prioris; ergo ratio formaliter, præcipueque terminatur ad relationem. Explicatur hoc luculentius, nam ratio suo modo ad relationem refertur. Quod si minùs propriè contendas dici, quod ratio referatur id profectò abnuis, quia ratio potius est ratio formalis referendi, quàm relata; sicut existentia non existit, cum sit ipsum existere. Relationem autem esse ad aliud, vel terminari ad aliud idem est, quod referri ad aliud, ut explicauimus; neque enim aliud est terminari, nisi appellatio quædam, qua explicatur exercitium, siue usus relationis, quod est referri; ergo eo modo potest dici ratio referri, siue esse ad aliud, siue terminari ad aliud: cum ergo ex illa altera parte occurrat relationi ratio realis opposita illi relatiuè, quæ est ratio referendi illud aliud ad hoc primum: quis potest negare ipsam relationem præcipue esse terminum formalem occurrentem reali relationi oppositæ? Hic enim habet locum Arist. axioma, *Prop. ter quod unumquodq; tale, & illud magis*: nam si simile refertur ad simile propter similitudinè; ipsæ similitudines eo modo quo possunt referri, maxime ad sese mutuo referuntur; cum sint ipsæ rationes, propter quæ subiecta referuntur. Confirmatur, quia terminus est res illa, quæ occurrit progredièti, quo tenditur; sed Pater est ad Filium, simile ad simile, & vna ratio, si realis sit, naturâ suâ occurrit alteri, & opponitur illi: ergo vna est alterius terminus formalis, & præcipuus.

**C**latis subiectum relationis, & fundamentum illius, & relationem ipsam. Et hæc omnia suo modo opponuntur; necesse est enim subiecta relationum oppositarum esse distincta, & fundamenta distincta; & hæc oportet esse distincta propter relationes oppositas, quæ sibi mutuo opponuntur. At verò ratio ipsa respicit subiectum relationis oppositæ, & illius fundamentum, & maxime relationem ipsam, propter quam respicit subiectum, & fundamentum illius; neque vllus hominum hoc negauit. Respicere autem aliud, & terminari ad aliud idem planè est, ut obseruauimus parte capitis prioris; ergo ratio formaliter, præcipueque terminatur ad relationem. Explicatur hoc luculentius, nam ratio suo modo ad relationem refertur. Quod si minùs propriè contendas dici, quod ratio referatur id profectò abnuis, quia ratio potius est ratio formalis referendi, quàm relata; sicut existentia non existit, cum sit ipsum existere. Relationem autem esse ad aliud, vel terminari ad aliud idem est, quod referri ad aliud, ut explicauimus; neque enim aliud est terminari, nisi appellatio quædam, qua explicatur exercitium, siue usus relationis, quod est referri; ergo eo modo potest dici ratio referri, siue esse ad aliud, siue terminari ad aliud: cum ergo ex illa altera parte occurrat relationi ratio realis opposita illi relatiuè, quæ est ratio referendi illud aliud ad hoc primum: quis potest negare ipsam relationem præcipue esse terminum formalem occurrentem reali relationi oppositæ? Hic enim habet locum Arist. axioma, *Prop. ter quod unumquodq; tale, & illud magis*: nam si simile refertur ad simile propter similitudinè; ipsæ similitudines eo modo quo possunt referri, maxime ad sese mutuo referuntur; cum sint ipsæ rationes, propter quæ subiecta referuntur. Confirmatur, quia terminus est res illa, quæ occurrit progredièti, quo tenditur; sed Pater est ad Filium, simile ad simile, & vna ratio, si realis sit, naturâ suâ occurrit alteri, & opponitur illi: ergo vna est alterius terminus formalis, & præcipuus.

**D**latis subiectum relationis, & fundamentum illius, & relationem ipsam. Et hæc omnia suo modo opponuntur; necesse est enim subiecta relationum oppositarum esse distincta, & fundamenta distincta; & hæc oportet esse distincta propter relationes oppositas, quæ sibi mutuo opponuntur. At verò ratio ipsa respicit subiectum relationis oppositæ, & illius fundamentum, & maxime relationem ipsam, propter quam respicit subiectum, & fundamentum illius; neque vllus hominum hoc negauit. Respicere autem aliud, & terminari ad aliud idem planè est, ut obseruauimus parte capitis prioris; ergo ratio formaliter, præcipueque terminatur ad relationem. Explicatur hoc luculentius, nam ratio suo modo ad relationem refertur. Quod si minùs propriè contendas dici, quod ratio referatur id profectò abnuis, quia ratio potius est ratio formalis referendi, quàm relata; sicut existentia non existit, cum sit ipsum existere. Relationem autem esse ad aliud, vel terminari ad aliud idem est, quod referri ad aliud, ut explicauimus; neque enim aliud est terminari, nisi appellatio quædam, qua explicatur exercitium, siue usus relationis, quod est referri; ergo eo modo potest dici ratio referri, siue esse ad aliud, siue terminari ad aliud: cum ergo ex illa altera parte occurrat relationi ratio realis opposita illi relatiuè, quæ est ratio referendi illud aliud ad hoc primum: quis potest negare ipsam relationem præcipue esse terminum formalem occurrentem reali relationi oppositæ? Hic enim habet locum Arist. axioma, *Prop. ter quod unumquodq; tale, & illud magis*: nam si simile refertur ad simile propter similitudinè; ipsæ similitudines eo modo quo possunt referri, maxime ad sese mutuo referuntur; cum sint ipsæ rationes, propter quæ subiecta referuntur. Confirmatur, quia terminus est res illa, quæ occurrit progredièti, quo tenditur; sed Pater est ad Filium, simile ad simile, & vna ratio, si realis sit, naturâ suâ occurrit alteri, & opponitur illi: ergo vna est alterius terminus formalis, & præcipuus.

Hoc etiam probant argumenta illa; quibus prioris opinionis in priori parte tradita sectatores volunt probare etiã in relationibus non mutuis relationem

Relatio maxime respicit relationem oppositam, propter quam respicit subiectum, & fundamentum illius, & opponitur illi.

Respicere est terminari.

Probatur 2. clarius.

Relatio non vt relatum, sed vt ratio formalis referendi, refertur, seu est ad relationem oppositam.

Terminari est denominatio explicans exercitiu, seu vsum relationis, quod est referri.

Aristot. axioma.

Confirmatio.

Probatur 3. argumētis prioris sent. traditæ 1. p. 2. 1.



realem terminari formaliter ad relationem rationis: cum enim vnum relatiuum definiatur per aliud, & ad aliud correlatiuum quam maxime referatur, & sine relata simul natura, euidenter colligitur illa ad se se formaliter referri, si in vtrisque sit realis relatio. Quare & illud verissimum est, quod Thom. Caiet. testatur omnium Philosophorum, & Theologorum consensu se didicisse, quod idem est terminus relatiui, & correlatiui. Nam etsi hoc nomen, terminus, possit significare extrinsecam denominationem illius rei, ad quam relatio quasi progreditur (qua significatione hactenus vsurpauimus hoc nomen) nihilominus hoc ipsum nomen, terminus, distincto conceptu, & equiuocè, potest etiam significare relationem terminantis: nihil autem aliud est correlatiuum, quam relatiuum prioris relatiui, & terminus illius; & hac eadem significatione terminare relatiuum est quoque referri ad illud. Quo eodem sensu absolutum re ipsa non terminat relationem, quia terminare est referri: sed quatenus terminare significat denominationem extrinsecam, absolutum potest terminare relationem, quia relatio realis non mutua secundum naturam suam est ad absolutum, vt docuimus. Et ita illud absolutum dicimus terminum relationis denominatione extrinseca; quia relatio realis est ad aliud.

Præterea qui negant vnum relatiuum referri, siue terminari ad aliud relatiuum ex natura rei, etsi vtrumque sit reale, sed necesse esse, vt relatiuum ad absolutum referatur, siue terminetur; præterquam quod absq; ratione, & causa hoc ipsum affirmant in rebus creatis; profectò de rebus diuinis ineptissime philosophantur, vbi cum absoluta non sint distincta, neque opposita, necesse est concedere quod relatiua ad relatiua referuntur. Quod si dicant, in his relatiuis diuinis, personas considerari, vt absoluta, etsi re ipsa non sint res absolute, sed relatiua, vt lib. 4. dicemus. Nulla putanda est responsio ista: nos enim non loquimur de relatiuis, vt nostro modo intelligendi referuntur, sed vt referuntur re ipsa, quo pacto secundum fidem Catholicam contendam, est in Deo relatiuum ad relatiuum re ipsa referri, non ad absolutum. Quod si dicant ideo relata in Deo, ad se se referri, quia non fundantur in veris

A absolutis, ad quæ referantur. Nam hoc obtinemus, quod nihil repugnat, quin relatiua re ipsa ad se se referantur; ergo & in rebus creatis relatiua realia ex vtraque parte ad se se mutuo re ipsa referantur. Et hoc magis esse consentaneum diuinæ philosophiæ ecquis non videt? His etiam adde quod hi Doctores non possunt distinguere relationem prædicamentalem à transcendentem relatione, quas volunt esse distinctas. Cum enim vt ipsi consentiant, hæ relationes cæteris consentiant; terminis, quibus volūt illas esse distinctas, conuenire etiã eas necesse est; siquidem vtraq; relatio terminatur ad absolutum. Et quidem Caiet. rectè relationes vtrasque distinguit penes terminos, cum opinetur prædicamentales referri ad oppositas relationes, transcendentem verò ad absoluta terminari. Et quia terminus apud Caiet. significat correlatiuum, vt notauimus, ne quis existimet relationem transcendentem referri ad correlatiuum, opuscedente, & essent. cap. 7. q. 15. ait hanc relationem non referri ad purum terminum, sed ad causam, vel effectum, vel simile quid, quod potest esse absolutum. At verò qui cæteras relationes etiam prædicamentales credunt ad absoluta terminari, frustra patrocinium sibi postulant ab hac responsione Caiet. siquidem etiam relationes prædicamentales non referuntur (quæ est illorum sententia) ad purum terminum correlatiuum, sed ad absolutum; quo nomine etiam, vel causam, vel effectum, vel obiectum comprehendimus. Et vt dicam clarius, scientia, verbi gratia, est relatum relatione transcendentem ad absolutum, quod est res scita; & ad idem absolutum (iuxta opinionem illorum) refertur relatione prædicamentali; assignent iam discrimen in termino formali vtriusque relationis; certè nullum est. Ad hoc ex cogitata responsione aiunt, relationem prædicamentalem respicere duotaxat sum terminum, & nihil aliud exercere circa illum; relationem verò transcendentem respicere simul terminum, & exercere aliquid circa illum. Sed non vident hoc iam esse extra propriam intelligentiam relationis transcendentem, si quo modo illa distinguenda est ab absoluto: nam relatio transcendens scientiæ ad scibile, si qua est, hoc distinguitur à scientia, quia

Caiet. esse terminus relatiui, & correlatiui, omnium consentaneum est. Nomen, terminus, significat denominationem extrinsecam, vt hic p. 1. Item equiuocè relationem terminantis, vt in hac p. 2. Hac significatione terminare relatiuum, est quoque referri ad illud, seu esse correlatiuum. Probatur 4. Saltè in diuinis relatiua ad relatiua referuntur, non ad absoluta re ipsa. I. Responsio. Refellitur. Re ipsa si referuntur secundum fidem. II. Responsio.

Non obstat. Probatur 5. contra Soan. in Metaphys. disp. 7. lect. 4. relatione transcendentem a prædicamentali distinguentem, quod prior terminetur ad absolutum. Ratio Caiet. coherens, quod prior non referatur ad purum terminum correlatiuum, posterior maxime. Non habet locum in 1. sent. Hæc probatio clarius proponitur exemplo scientiæ. Responsio sumpta à ratione Caiet. Refellitur. Relatio transcendens ex propria ratione, solum est ad terminum, non verò exercens aliquid circa illum.



Alias est absolutum, & relatio simul.

6. Probatur 6. ex ipso nomine, & ratione mutue, & non mutue relationis. Declaratur.

7. Confirmatur ex causa utriusque, que est ordo, & defectus ordinis.

S. Thom. pronunciatum de hac causa.

Comment.

8. Ad pronunciatum interpretatur. Caiet.

Reijcitur ut petens principium. Hoc ipsum inquiritur, cur deficiente ordine deficit causa relationis?

9. Declaratur ex dictis cap. 1. p. 2. n. 7. 1. exemplum, Scibile ad scientiam

quia est relatio ad aliud: quod si ex propria ratione formali non solum refertur, sed penetrat quoque obiectum, profecto non est sola relatio, sed absolutum, & relatio simul; nihil ergo est in relatione exercitij, aut usus, nisi referri ad suum terminum, quo non distinguitur relatio predicamentalis a transcendentem.

Dicendum igitur est id, quod ex dictis colligitur, relatiua mutua ad sese formaliter referri; at vero non mutua idcirco non referri mutuò, quia non sunt mutua. Consentaneum enim hoc est maximè rationi; & ita, sicut ex altera parte, ubi non est relatio realis, extremum illud non refertur naturam ad aliud, quia non est in rei natura relatio; ita ex parte alia, ubi est relatio realis, extremum ipsum non refertur naturam ad aliud relatum, quod non est reale, sed refertur ad absolutum ex natura sua.

Hoc autem confirmamus petentes argumentum ab ipsa causa mutue, & non mutue relationis: ordo enim in utroque extremo est causa relationis mutue, & defectus ordinis in altero extremo est causa non mutue relationis. Et hæc est doctrina S. Thom. 1. p. q. 13. art. 7. ubi docet ea, que non sunt eiusdem ordinis, non esse mutua relata. Et idem docet q. 7. de potentia, art. 10. & Commentator 5. Metaph. c. 7. coniungit etiam relationem cum ordine.

Quod pronunciatum Doctoris Sancti varios habet commentarios apud Doctores. Caietanus interpretatur illo ar. 7. q. 13. ea esse eiusdem ordinis, que in utroque fundamento habent causam relationis. Et hoc quidem, etsi verum sit, nihil explicat questionis: nam hoc ipsum inquirimus, cur ea non sint relata, que habent fundamentum relationis solo defectu ordinis? verbi gratia, in Deo est potentia efficiens, que in nobis fundat relationem: quare ergo fundamentum istud non erit etiam causa relationis in Deo? hanc certè difficultatem non euadit Caietani responsum.

Recolendum igitur est id, quod docuimus, relationem realem proficisci ab ordine quodam nature, quo vnum ad alterum, vel vtrumque ad aliquid aliud ordinata sunt: sed quia sunt quedam, que ordinantur ad alia, & illa alia non ordinantur ad ipsa, defectu huius ordinis non sunt mutua relata. Et ita docet

A S. Thom. eodem loco scibile non refertur ad scientiam reali relatione; quia natura ipsa res, que scitur, non ordinatur ad scientiam, sed scientia ordinatur ad re scitam, & ideo refertur ad illam reali relatione: & similiter creatura ordinatur in Deum, non Deus ad creaturam; ergo defectus hic ordinis est causa defectus relationis in altero extremo; is autem defectus ordinis argumentum est perfectionis; quia res illa in qua deficit ordo, est finis aliorum, ad quem finem alia ordinantur, & ipsa res non ordinatur ad alias.

B Faciamus igitur ex istis collectis argumentum ad comprobendam nostram sententiam: nam si ab ordine nature proficiscitur relatio, que natura ordinavit inter se mutuò, retulit etiã inter se mutua relatione, ita ut vnum relatum referatur ad aliud relatum formaliter. Que vero non ordinavit mutuò, neque mutuò retulit; & quia vnum relatum reale non retulit ad aliud relatum, quod reale non est, necesse est, ut retulerit ad absolutum, quod absque dubio credimus esse verissimum.

Confirmatio.

C Hæc opinio etsi verbis expressis ab Arist. aut S. Thom. non comprobetur, ex utriusque tamen Philosophi & Theologi officina agnoscitur esse de propria, ut arguendo ostendimus. Scriptam reliquit Francisc. Ferrar. 2. contra gent. c. 11. quam sequitur insignis Philosophus Augustinus Nyphus 5. Metaphysic. disp. 14. & alij.

CAPVT XIII.

Argumenta refelluntur.

D Pro partibus extrema sequentibus arguitur contra nos qui media incedimus via. Et quidem quod omne relatum terminetur per se ad relatum, comprobatur Caiet. pluribus argumentis. Primum ostendit omne relatum etiam non mutuum esse reale, quia Aristot. relata non mutua ponit in predicamento: imò cum scientia, sensus, & similia sint absoluta, opposita istorum, scilicet scibile, & sensibile, & alia que sunt relata sunt in hoc genere precipue ponenda; in his autem est relatio rationis, ergo ea quoque relatio

in S. Thom.

2. exemplum creaturæ ad Deum;

Res illa in qua deficit ordo, est finis aliarum.

10. Proponitur ea confirmatio ex causa.

Natura refert relatum reale ad aliud relatum reale, non ad relatum non reale;

Ferrar. Nyph.

Pro 1. Sent. 1. p. Caietanus arguit 1. ex Aristot.



Confirmat ex  
Comment.

latio, ut est terminus relationis realis, est & ipsa realis. Et hoc confirmat auctoritate Comment. 5. Metaph. docentis id, ad quod relatiuū dicitur, poni in predicamento relationis.

Arguit

Secundò arguit à communi definitione relatorum, quæ sunt ad aliud; quo nomine, ad aliud, necesse est intelligi correlatiuū; alias non est dominus ad seruum, neque filius ad patrem; quod tamē omnium consensus approbat. Et hoc idē confirmat, quia vnum relatiuum definitur per aliud relatiuum, tanquam per terminum relationis; quod si nō est terminus, non recta est definitio.

Confirmat

Tertiò: Relatiuum definiendum est per terminum, ad quem refertur; ergo si terminus est absolutum, non solūm definiendum est per correlatiuum, ut facimus, sed simul etiam per absolutum, quod nulla ratio videtur postulare.

3. arg.

Quartò: Relata sunt simul cognitione; ergo vnum non est causa cognoscēdi alterum; ergo à veritate dissentit ille commentarius, quo Aristotelem explicauimus, quod scilicet relatio scibilis nostra cognitione oriatur à relatione scientiæ, & id significasse Aristotelē dicentem scibile referri ad scientiam, quia scientia refertur ad illud.

4. arg.

Quintò: terminus relationis, & correlatiuum idem significat; terminare enim relationem est quoddam referri; ergo terminus relationis non est absolutū, sed relatiuum, siue potius correlatiuum.

contra tradita  
6. 13. P. I. n. 149

5. arg.

Sextò: Sequeretur relationē creaturæ terminari ad Deum, quod est absolutum illi oppositum; quod si Deus pertinet ad intelligentiam creaturæ, ultra quaeritur, quoniam conceptu? Vtrum ipso conceptu deitatis, an alio?

6. arg.

Vltimò: Relationes specie diuersæ ad terminos specie diuersos referuntur; est enim relatum ad determinatum, & vnum, ut docet Aristot. 4. Metaph. tex. 26. sed creaturæ referuntur relationibus diuersarum specierum ad Deum: alia est enim relatio seruitutis, & alia relatio creaturæ; ergo non referuntur ad absolutum idem, siue ad terminum eundem, scilicet Deum; sed ad opposita relatiua specie distincta, puta ad dominum, & ad creatorem.

7. arg.

Relatū est ad determinatum & vnum ex Aristot.

8. Pro 1 Sentent.

2. partis. 1. arg.

Pro partibus contrarijs arguitur, comprobando omne relatiuū terminari formaliter ad absolutum. Primò: si Deus

**A** manente relatione, quæ mutua est, in altero extremo, in altero relationem oppositam exstingueret; illa relatio realis, quæ relicta est, maneret terminata formaliter ad absolutum; ergo antea ad ipsum formaliter terminabatur; neque enim variata esset natura illius relationis; sed relatio non terminatur ad duos terminos formaliter; ergo solūm terminatur ad absolutum, & non ad relatiuū.

**B**

Secundò: Relatio Genetricis Dei Beatissimæ, qua mater Dei est, & dicitur, est eiusdem speciei cum relationibus aliarum faminarum, quæ matres dicuntur, utpotè eodem fundamento orta, & eisdem conditionibus fundandi. Tunc sic arguitur: Hæc relatio genetricis Dei secundum opinionem S. Thomæ non habet relationem realem oppositam, quia filiatio humana in Christo Domino non est relatio realis; ergo Maternitas Dei paræ non terminatur formaliter ad filiationem; ergo neque aliæ maternitates quæ sunt eiusdem speciei.

**C**

Tertiò arguitur non ab exemplo, aut potentia Dei, sed ratione metaphysica: Nam commune proloquium est, idem esse fundamentum vnius relationis, & terminum alterius: hæc autem est ratio asserti, quia id, quod est ratio fundandi vnam relationem in aliquo, est quoque ratio, ut alterum referatur ad istud; ratio autem, ut alterum referatur ad istud, est in istomet ratio termini: dicitur enim istud terminus, quia alterum ad istud refertur; ergo fundamentum vnius relationis absolutum est formalis terminus alterius relationis. Et confirmatur vsitata alia sententiâ, quod posito fundamento, & termino sequitur relatio; relatio autē sequitur causam. Quare cum vna relatio non sit causa alterius, quando dicitur relatio sequi terminū, intelligitur sequi fundamentum relationis oppositæ, quod est illius terminus.

**D**

*Aduertenda.*

**N**otandum est cum S. Thom. loco commemorato de potentia q. 7. art. 11. quod sicut relatio realis mutua est inter res eiusdem ordinis, ita & relatio rationis sequitur ordinem rationis. Hoc autem accidit modis duobus, altero dum relatio consequitur modum intelligēdi in ipsa actione directa (ut aīst) ut dum

2. arg. 9.

Filiatio humana in Christo non est relatio realis.

3. arg. Idem est, fundamentū vni⁹ relationis, & terminus alterius. Probat.

Confirm.]

11. 1. Aduer. S. Thom.

Relatio rationis sequitur ordinem rationis dupliciter.

1. dū sequitur modū intelligēdi in actione



directa, vt relatio scibilis ad scientiam,

2. Dum illa est res cognita in cognitione reflexa, vt relatio communitatis in homine,

Cur dicatur 2. intentio,

13. 2. Aduert. Per quod quidpiam definitur est illi causa cognoscendi. Ostenditur,

Sic potetia definitur per actum, scilicet per finem suum. Non sic vnum relatum definitur per aliud. *Caietan. ex Alber. Mag.*

Definitur ad aliud. Declaratur ex c. 13. p. 1. n. 14.

vt dum aduerto aspectum Petri protendi in parietem, cogito simul, & Petrum videre parietem, & parietem videri; itaque visionem Petri refero ad parietem, & parietem, vt terminum visionis, refero ad visionem; est autem relatio in visione realis, quam in natura rei inuenio; relatio autem in pariete rationis est, quae sequitur modum intelligendi. Altero modo accidit relatio rationis in cognitione reflexa, dum prius cognosco hominem directa notione, in qua nulla est relatio: deinde aduerto animum ad hominem cognitum; & quia sub illa notione mea, est quid commune, attribuo illi relationem communitatis, & alias relationes, quae dicuntur secundae intentiones quasi secundae notiones cognitae: relationes autem non mutuae, vt scibilis ad scientiam, primo modo accidunt, quia inueniuntur in ipsa cognitione directa, qua cognosco scibile ad scientiam referri.

Deinde aduertendum est, quod illud per quod aliquid definitur, est prius definito; causa enim cognoscendi saltem ratione antecedit rem cognitam; definitio autem est causa cognoscendi: quare si res definiatur per aliquid extraneum, illud est causa cognoscendi rem definitam. Et ita potentia definitur per actum, quatenus actus est finis potentiae ad quam potentia ordinatur, finis autem prior est: relata ergo non definiuntur per relata opposita, quasi per causam cognoscendi, quia sunt simul cognitione, causa autem prior est. Quamobrem merito Thom. Caiet. 1. p. q. 13. art. 7. approbat sententiam Albert. accuratè obseruantis loquendi modum, vt non dicamus vnum relatum defini per aliud: quia praepositio, per, indicat causam saltem cognitionis; at verò relata neque sunt sibi mutuo causa existendi, neque cognoscendi; cum sint simul natura, & cognitione. Sed definiuntur ad aliud, siue ad relatum oppositum, & ita relatum oppositum intelligitur confusò, & quasi in obliquo, vt aiunt; dum ergo scibile cogito, simul scientiam cogito, sed confusò adhuc; dum verò ad hæc aduerto, & sint ne relationes hæc reales, & in re ipsa inuentæ dispicio, planè intelligo relationem scientiae esse realem, & inde oriri in mente relationem scibilis, quae est rationis, vt Aristot. docet.

A. Adhuc cauendum est, ne vsu nominum æquiuocorum fallamur, quod euenit vt plurimum disputantibus: hoc enim nomen, terminus, quandoque significat correlatiuum, vt docuimus; & ita necesse est cuiusque relationis terminum esse relationem: quandoque verò significat denominationem extrinsecam eius rei, ad quam relatio terminator; at verò non disputamus de ipsa denominatione extrinseca, quae est relatio rationis, sed de re ipsa denominata; quam appellamus terminum, quia altera relatio fertur in ipsam: de ea igitur re, in quam fertur relatio, quaerimus vtum sit formaliter relatio, an absolutum? Quo sensu calor est terminus formalis calcificationis, quia est formaliter res producta per calorem; non tamen esse calorem est esse terminum. Dum ergo inuestigamus terminum correlatiuum scientiae, si de termino, hoc est, de correlatiuo duntaxat sermo sit, dicendum est terminum esse scibile. Si verò quaestio sit de termino reali, hoc est, de ea re, ad quam scientia re ipsa refertur, terminus realis est res absoluta, quae scitur; quia scientia re ipsa refertur ad absolutum, & non ad relatum, cum res scita re ipsa non sit relatum ad scientiam. Et ita res scita est terminus realis, sed non est terminus relatiuus; quia relata non mutua non referuntur ad terminos relatos, sed ad absolutos, vt diximus. Cum autem dico, quod res scita est terminus relationis, non intelligo, quod esse rem, quae scitur, est esse terminum; nam esse terminum est esse relatum. Quia in re multi decipiuntur; sed affirmo rem scitam esse id, ad quod relatio scientiae per se refertur; & illam rem dicimus terminum relationis: sicut dicimus, quod sapientia diuina est attributum, non autem esse sapientiae est esse attributi: attributum enim significat formaliter attributionem rationis, sed accipitur pro re, quam dicimus attributum, v. g. pro sapientia. Eodem modo cum dicimus absolutum esse terminum relationis, non intelligimus, quod illud esse absolutum, & esse termini sit idem; sed quod illud absolutum formaliter est res, ad quam alia relatio refertur, quae ideo dicitur terminus eius formalis: & nomen hoc, terminus, accipitur pro illo absoluto, licet significet relationem rationis, quemadmodum diximus de nomine, attributum.

13. 2. aduert. Terminus relationis significat aliquando correlatiuum: aliquando denominationem extrinsecam; vt cap. 15 p. 2. n. 3. & 1. p. n. 3.

Declaratur 1. Calor est terminus: tamen esse calorem non est esse terminum. Terminus relatiuus scientiae est scibile. Terminus realis est res absoluta, quae scitur.

Esse rem quae scitur, non est esse terminum.

Declaratur 2. Sapientia est attributum: tamen esse sapientiae non est esse attributi.

Post







Probat 2.  
Maternitas in  
B. Virgine est  
relatio nō mu-  
tua.

21.  
Obiect.

Responsio.  
In hac relatio-  
ne mutū est  
subiectū filia-  
tionis, atque  
adeo conditio  
fundandi,

22.  
Ad argumēta  
pro 1. sentent.  
1. partis.  
Ad 1. arg. ex  
Aristot.  
Respōd. iuxta  
tradita cap. 12.  
p. 1. n. 25. & p. 2.  
n. 22. & 30.

Ad Confirm.  
ex Commēt.

& ex natura sua distincta est specie ab alijs maternitatibus respicientibus per se hypostasies humanas: nam in essentia relationis quævis varietas est essentialis. Denique probatur, quia est relatio non mutua, scilicet ipsius Marię Beatissimę, quę gignēdo Deum, per se ordinatur ad hypostasim diuinā relatione Matris; & illa diuina hypostasis non ordinatur ad matrem reali relatione; relatio autem non mutua est genus quoddam relationis, & à mutua relatione distincta est essentialiter, vt docuimus.

Quòd si obijcias fundamētum, & terminū istius relationis maternitatis fuisse idem, quod in cæteris matribus, & earū filijs exquirimus, scilicet, humanitatem productam; quare & relationem matris esse eiusdem speciei cum alijs. Dicendum est subiectum filiationis non esse idem, & illam esse conditionem fundandi relationem in generante, vt antea docuimus: quare mutato subiecto relationis oppositæ, ita vt non sit sequuta realis filiatio natiuitatem ex Virgine; orta quidē est relatio matris in illa, sed alterius perfectō rationis relatio, scilicet non mutua, & attingens diuinā hypostasim.

Responsio.

AD argumenta priora suo ordine respondebimus. Ad primum, Aristotelem in prædicamento ad aliud, non posuisse genera, siue species relatorum realium; sed potius tradidisse condiciones quibus fundantur relata, & ea quasi ad classes reuocasse, vt docuimus: & in relatis, quæ dicuntur tertij generis ostendisse non esse mutuas relationes. Quapropter scibile, & sensibile minimè collocavit in prædicamento; neque verò sentit hæc esse relata realia, vt Caiet. vult. Commentator verò non ponit scibile, aut sensibile in prædicamento relationis, sed facit cum Aristot. mentionem horum relatorum, vt explicet relata tertij generis: sicut etiam cum eodem Aristotele inter relata commemorat scientiam, quæ est res absoluta, indicans perfectō realem relationem scientiæ: sicut ergo neque Aristot., neque eius Cōmentator Auerroes posuerunt scientiā in genere relationis, cum sit res absoluta; ita neq; in eo genere posuerunt scibile; sed indicauerunt relationem realem non mutua, quæ est scientiæ ad scibile,

A Ad secundum respondetur, relatiuū, quod est supremum genus, definiri per correlatiuū; quia definitio est operatio rationis; qua quidem fatemur omne relatiuum referri ad aliud relatiuū, & per illud definiri: non tamen omne relatiuū referri ad aliud re ipsa; sed relatiua quidem mutua re ipsa referri, non mutua verò non re ipsa, sed ratione sola referri ad sua correlatiua. Quòd si Aristot. definitionem ita explices, vt intelligas relata esse ad aliud re ipsa, & naturā suā, quia relatū id, quod est, ad aliud est; negādū est relatū in genere esse ad aliud relatum, sed est naturā sua ad aliud, siue ad absolutum, siue ad relatum; at verò in specie relatū mutuum est naturā suā ad aliud relatum, & relatū non mutuum est naturā suā ad absolutum; relatū verò in genere abstrahitur ab utroque. Ad confirmationem respondetur concedendo, posse vnum relatū etiam non mutuum definiri per aliud, qđ sola ratione est relatū: quia ipsa definitio est operatio rationis, qua etiam relata rationis referuntur.

C Ad tertium concedimus, quòd relata non mutua possunt definiri per absoluta, ad quæ terminantur, vt creatura est res à Deo producta de nihilo: imò & relata mutua possunt definiri per relationes oppositas, & per earum quæq; fundamenta; diuersimodè tamen, vt satis perspicuum est.

D Ad quartum cōcedimus antecedens, quòd relata sunt simul cognitione, & concedimus etiā cōsequens illud, quòd relatū vnum non est causa cognoscendi aliud, ita vt cognitio vnius præcedat cognitionem alterius, quia non essent simul cognitione: sed in alio sensu vnum est causa cognoscendi aliud, quatenus relatio rationis oritur à cognitione relationis realis, licet simul cum illa percipiatur. Et ita intellectus postquam apprehēdit simul duas relationes, alteram realem, alterā rationis, cognitione quadam confusa; postea contemplatus easdem distinctiūs, & explicatiūs cognitione reflexa, aduertit alterā relationē esse veram rem, & formam realem, qua vnū re ipsa refertur; aliam verò relationē nō esse rem veram, sed esse rationis relationem, quæ solum in intelligēte est. Vnde colligit relatū reale esse relatū ex natura sua; illud verò ratione sola relatū,

23.  
Ad 2. argum.  
1. Respons.  
Operatione rationis omne relatiuū ad aliud relatiuum refertur, ac definitur.

2. Respons.  
Relatū in genere non est re ipsa ad aliud relatum, nec ad aliud absolutū, sed abstrahitur ab utroque esse ad aliud.

Ad confirm.

24.  
Ad 3. argum.

25.  
Ad 4. argum.  
Contra tradita c. 13. p. 1. n. 14.

In relatis non mutuis licet vtrūq; cognoscatur simul cognitione directa & confusa; tamen cognitio quasi reflexa, & distincta vnū est causa alteri, seu cognoscendi alterum, vt lococit.



esse relatum, quia aliud reale relatum A refertur ad ipsum; & illam relationem rationis oriri à reali. Et ita cognitione quasi reflexâ, & distinctâ relatio realis est causa relationis rationis. Et hoc est quod Aristoteles docuit in relatis non mutuis, dicens hæc esse relata, non quia eorum esse sit ad aliud, sed quia alia sunt ad ipsa: & hæc relationes rationis oppositæ realibus, cognoscuntur cognitione directâ simul cum relationibus realibus, vt in notationibus explicauimus.

Ad quintum iam respondimus in aduertendis, æquiuocum esse nomen termini; nos verò non disputare de termino, hoc est, de correlatiuo, quod certè est relatiuum; sed de re, quæ appellatur terminus denominatione extrinseca, quia relatio alia ad ipsam refertur. At verò vtrum res ista, quæ appellatur terminus, sit formaliter absolutum, an relatiuum, in controuersia est: nos in non mutuis ostendimus esse absolutum.

Ad sextum respondetur naturali, & infito intelligèdi modo simul cum creatura intelligi creatorem, & cum relato correlatiuum, etsi relatum correlatiuum sit rationis: quia modus noster intelligendi est cum quadam collatione, siue relatione, ita vt non relata referamus ex modo intelligendi. At verò apud sapientes, qui norunt relationum naturâ, si velint referri creaturam ad terminum relationis formalem, referēt ad Deum, quod est nomen naturæ diuinæ; siue ad eum qui est potentia creandi præditus: neque in hoc est vlla ratio difficultatis.

Ad vltimum respondetur, fortè Aristot. loquutum de relatiuis prout nostro modo intelligendi referuntur ad correlatiua, per quæ definiuntur, & specificantur; & ita relatiuis specie distinctis necesse est designare correlatiua specie distincta, ita vt singulis singula attribuantur, quod docet S. Thom. 1. p. q. 32. art. 2. & 3. p. q. 35. art. 5. Secundò respondetur, & melius, Aristot. scitè dixisse relatiuum esse ad vnum terminatum; quia relatio cum sit essentialiter ad aliud, non variatur vt modò sit ad hoc, modò ad aliud: sed hoc nõ prohibet multa relata referri naturâ suâ ad vnũ absolutũ; sicut vnum absolutũ collatũ eũ diuersis est fundamentam diuersarum relationum, vt antea obseruauimus.

Ad argumenta posteriora respondēdo quibus ostendebatur relatio referri perpetuò ad absolutum. Ad primum negamus vnã relationem mutuam posse manere sine alia opposita, sicut non potest manere sine altero extremo. Secundò respondetur, quòd si maneret sine relatione opposita; adhuc esset naturâ suâ ad eandem relationem oppositâ nõ existentem; hoc enim est consequens ad illud impossibile, vt in notationibus explicauimus.

Ad secundum respondetur negando id, quod præmittitur, relationē Maternitatis in Virgine Beatissima esse eiusdè speciei cum alijs maternitatib: nam etsi fundamentũ relationis, quod est humanitas, sit eiusdè speciei in matre, & in Christo: tamen subiectũ filiationis, quod est diuina hypostasis, est alteri' rationis, & est conditio fundãdi, quæ variata sufficit, vt relatio maternitatis non sit eadè specie: maximè quia subiectũ relationis oppositæ, est quoq; terminus, nõ formalis, sed materialis istius relationis; essentialis tamen, & qui variari non possit: deniq; ista relatio est non mutua, cæteræ maternitates sũt relationes mutua; quæ omnia in in notationib' elucidata sunt.

Ad tertium respondetur concedendo, quòd fundamentũ vnus relationis est quoq; terminus relationis oppositæ; nõ tamen formalis, sed materialis si sint relationes mutua, quæ ad se se formaliter referuntur ex natura rei; vna enim relatio in altero extremo respicit tria, scil. subiectũ, & fundamentũ relationis oppositæ, & ipsã relationē, si sit realis. Et ita nõ negamus fundamentũ vnus relationis esse terminũ alterius: sed negamus solũ fundamentũ terminũ esse, aut esse terminũ formale, quãdo relatio opposita est realis; quæ est præcipuus, & formalis terminus. Ad probationē respõdetur negãdo quòd fundamentum vnus relationis sit ratio formalis, qua ipsũ relatũ terminat correlatiuum: nam vbi relatio est realis, nõ potest negari ipsam esse rationē formalem terminandi, sicut est referendi, vt capite præcedenti manifestè commõstrauimus. Ad confirmationem respondetur terminum accipi aliquando pro ea re, quæ terminat materialitèr, siue pro correlatiuo materialitèr, quod est subiectum relationis oppositæ cum suo fundamento. Et de hoc intelligitur

29.  
Ad argument. pro 1. Sentent. 2. partis.  
Ad 1. argum. Respond. 1. iuxta Sentent. negantè n. 16.  
Respond. 2. iuxta affirmãtem, vt n. 17.

30.  
Ad 2. argum. Respond. ex dictis n. 20.

31.  
Ad 3. argum. Fundamentũ vnus relationis est alterius terminus non formalis, sed materialis in mutuis.

Ad probationē In mutuis relatio realis est ratio formalis terminandi, sicut est referendi.

Ad Confirm. Terminus accipitur aliquando pro correlatiuo materialitèr.

26.  
Ad 5. argum. Respond. ex 3. aduert.

27.  
Ad 6. argum. Ex modo intelligendi nobis naturali referimus nõ relata.

27.  
Ad vltimum? Aristot. explicatur 1. S. Thom. Explicatur 2. & melius.



gitur illud proloquium quod posito fundamento, & termino sequitur relatio; neque enim potest intelligi de correlatio formaliter, quia ut arguendo ostenditur, vna relatio non sequitur aliam, cum non sit effectus eius.

CAPVT XV.

*Relatum per se primò respicit aliud.*

**Q**uod relatio spirationis sit re ipsa, & specie vna, lib. 2. data occasione disputatum est, & sancitum: deinde quod ea relatio non sit res distincta à Paternitate, & filiatione, hoc lib. agentes de numero relationum diuinarum, decernimus. Quod verò nomen istud concretum, spirator, non significet indiuiduum subsistens, lib. 4. vltèrius tractabimus; est enim ea quæstio omni cura, studioque digna. Sed alia quæstio in loco hoc, & tempore nobis oritur; vtrù spirator sit per se correlatiuum Spiritus Sancti. Et quoniam eadem quæstio Metaphysica de relato communi, & correlatiuo maximè ad rem explicandam conducit; inde est disputatio inchoanda hoc cap, & altero finienda; quæ est quæstio metaphysica perdifficilis, & non sine argumentis tractanda. Caput verò hoc in partes duas secamus.

Prima pars: *Refelluntur aliqua opinioniones.*

Secunda pars: *Declaratur assertum hoc, Relatum per se primò respicit aliud.*

PARS PRIOR.

*Refelluntur aliqua opinioniones.*

**Q**uoniam relatum ex propria definitione est ad aliud, ad aliud, inquam, relatum, vt multi Philosophi cum Thoma Caietano interpretantur; multa disceptatio est inter eos, quid ad quid per se primò referatur: si enim id, quod per se primò est relatum, & summum genus vniuersalissimum; & id ad quod per se primò relatum est, est quoque genus summum æquè vniuersale; duo sunt relatorum summa genera. Et hoc iterum impossibile est, quoniam oporteret relationes esse genere distinctas, vt aliæ in

**A** vno genere, aliæ in alio collocarentur. Hoc autè est inopinabile, quia omnis relatio conuenit in comuni cõceptu relationis; relatio ergo est summum genus vnum, & relatum similiter; & nõ sunt duo genera; idem enim significat formaliter relatum, & relatio solo modo significandi diuerso. Quod si correlatiuum ad quod per se primò relatum refertur, non est æquè vniuersale; aut correlatiuum vniuersalissimum, & ita non erit relatum summum genus, hoc est vniuersalissimum; cum correlatiuum sit magis vniuersale: aut est minus vniuersale; & ita erunt aliqua relata absque correlatiuis; siquidem id, quod vniuersalissimum est, plura complectitur: si ergo relatum est magis vniuersale, plura complectitur quam correlatiuum; sunt ergo relata plura, & correlatiua pauciora, quod est impossibile; quia essent relata sine correlatiuis. Præterea, relatum per se primò refertur ad correlatiuum: ergo sunt æquè vniuersalia; quæ enim ad se primò conuertuntur, eiusdem vniuersalitatis sunt, vt homo, & risibile æquè vniuersalia sunt. Denique correlatiuum est essentialiter relatum; si ergo correlatiuum est genus summum, sunt duo genera, scilicet relatum, & correlatiuum: Si verò correlatiuum species relati est, genus refertur ad speciem relatione reali; quod fieri non potest, quia genus, & species sola ratione distinguuntur; relatio autem realis est inter distinctas res: tunc enim genus relatum non esset ad aliud, scilicet ad aliud distinctum; natura enim specifica non est aliud à natura generis, vt homo non est aliud ab animali. Neque verò natura generis, scilicet relatum, potest referri per se primò ad speciem; vt probatum est; quia oportet, vt relatum, & correlatiuum in oppositione æquè recurrant, & conuertantur, siquidem per se primò opponuntur; & neutrum potest esse altero vniuersalissimum. His verò rationibus efficitur quæstio implicatissima.

**D** Ioannes Scot. in 1. d. 21. q. vnica, ait relata eiusdem appellationis, vt simile, & quale, referri non per se, sed per sua indiuidua: itaq; simile, vt simile est, ad nihil refertur, quia non est aliud simile æquè cõmunitatis, ad quod referatur; sed hoc simile ad illud refertur; & per hæc indiuidua ipsum simile cõmune quodammodo

refertur;

Quæstio præfens Theologi ca de correlatiuo per se Spiritus Sancti. Quæstio Metaphysica cõnexa de relato cõmuni, & correlatiuo.

Rationes pro parte negante relati generis summi correlatiuum vniuersale. 1. Ratio: Non est genus æquè vniuersale cum ipso relato cõmuni. Probat.

Nõ est vniuersalissimum. Probat.

Nõ minus vniuersale. Probat 1.

Probat 2.

2. Ratio. Correlatiuum non est genus.

Nõ est species. Probat 1.

Probat 2.

2. Sentent. Scoti proponitur.



refertur: sicut homo currit non per se, ut homo est, sed per Petrum: quia currente Petro, homo, qui est Petrus, currit.

Alij autem in hanc sententiam Ioan. Scoti euntes, ita commentantur, ut relatio communis non sit principium proximum, quo vnum ad aliud referatur: cum enim relatum (ut aiunt) non per se referatur, sed per individua; efficitur ut relatio ipsa communis non sit per se referendi principium, sed per aliud, scilicet per individuas relationes: non ergo est principium proximum referendi ipsa relatio communis, cum per se non referat; sed est remotum principium, quod referat per aliud, scilicet per relationes individuas, ut homo per Petrum currit.

Et ad hoc explicandum afferunt exemplum, quia calor, ut duo, est principium formale calidi; ita tamen imperfectum ut non denominet per se calidum; dum verò calor ipse augmentatur vsque ad gradus sex, idem calor præexistens iam denominat calidum, non per se, sed per augmentum superueniens. Posthæc autem relationem individua esse propriissime formale principium referendi, quia per se ipsam refert. Cum autem relatio individua non sit conceptus simpliciter vnus, sed analogus, sicut homo individus; id, quod est simpliciter, & complete relatum, habens scilicet relationem individua, non est (inquiunt) quid vniuocum, neque vnum per se, sed aggregatum ut quidam homo. Id verò quod est vniuocum, & simplex, scilicet relatum commune, non est relatum simpliciter, & absolute; quia est relatum non per se, sed per aliud; neque habet principium proximum referendi, sed remotum.

Et quoniam (inquiunt) non idem est inesse, & denominare, ut Arist. ait 2. Topic. cap. 1. nam calor ut duo inest quidè, sed nomen calidi non tribuit subiecto; si tamè hoc nomine calidi etiam id, in quo est parvus calor nominemus; tunc erit calidum id, quod est affectum calore ut duo: ita modo loquendi proprio relatum commune, simpliciter non est relatum; quia relatio communis per se non potest denominare. Sed si relatum significet id, quod habet relationem etiam non denominantem; commune relatum hac significatione erit simpliciter relatum, quia simpliciter habet relationem, etiamsi illa per se non denominet, ut dictum est.

**A** Hæc autem omnia non solum veris contraria videntur esse, sed parum similia veris. Et id quidem, quod Ioan. Scot. ait, nonnullorum probatur assensu. Sed videtur nihilominus euidèti ratione refelli: nam relatum referri, non est quasi operatio potentie, quæ ab illa possit cogitatione separari; sed dicitur referri, hoc est, relatum esse, quod est natura esse comparatum ad aliud. Ita ergo essentialis est relato ad aliud relatum esse, sicut candido candidum esse; & ea prædicatio non solum est essentialis, sed identica, scilicet quod relatum relatum sit. Est ergo relatum per se primò relatum, si ita licet dicere in prædicatione idètica: nihil enim magis per se primò cõuenit homini, quàm ut homo sit; neque enim per accidens, neque per aliud, homo est homo. Igitur relatum ut sic, per se primò relatum est, & non per accidens, neque per aliud. Tunc deinde inquirimus; si relatum est, ad quid relatum sit per se primò? Scotus verò responder, relatum ut relatum est, non habere per se terminum. Quare id conficitur, ut relatum non sit; nam quod ad aliud non est, non est relatum. Cum ergo ad aliud esse sit ipsa quidditas relati, non accidit relato comuni esse ad aliud, sicut homini accidit currere: nam quæ accidunt sunt extra quidditatem. Ipse verò Scot. concedit, quod relatum ut sic, est ad aliud, scilicet ad sua inferiora relata, propter alia inferiora quæ ad ista referuntur, ut simile per hoc est relatum, quia A. simile refertur ad B. simile, & B. simile item ad A. simile; sed tamen simile ipsu, ut sic, ait, per se ad nihil referri. Hæc autem responsio in eundem errorem prolabitur: nam quod sola individua relata ad se referantur, ut A. ad B. & B. ad A. ostendit relatum ipsum ut sic, non esse relatum, nisi per accidens, propter individua, quod iam impugnatum est.

**B** Præterea arguitur, hoc simile refertur ad aliud per se, & illud ad aliud per se; ergo simile ad simile per se refertur: sicut enim singulare ad singulare comparamus, ita commune ad commune. Et confirmatur, quoniam hoc simile refertur ad aliud, quia simile est: prima enim ratio similitudinis, non est hæc, & illa similitudo individua, sed communis similitudo: aliàs similitudo esset nomen equiuocum continens plures similitudines, & nihil commune illis: si ergo omnia similia sunt similia propter communem similitudinem: simile, quod

**C** Similiter refellitur.

**D** 3. Confutatio, Confirm. Omnia similia sunt similia propter communem similitudinem, non propter individuas. Ostenditur.

3. Explicatio  
Fons. 5. Met.  
6. 15. q. 6.  
1. eius assertum:  
Quod relatio ut sic, non sit principium proximum referendi, sed remotum.

Exemplum caloris ut duo,

2. assertum:  
Quod relationes individue sint simpliciter tales, id verò communis relatio.  
Declaratur 1.

4. Declaratur 2.  
Aristot.

5. Sententia Scoti  
1. Confutatio euidens.  
Quod relatum referatur, seu relatum sit, est prædicatio essentialis, imò idètica:  
Vnde relatum ut sic, est maxime per se relatum, non per accidens, seu per aliud.  
Exemplum,

2. Confutatio  
Responsionis Scoti 1. parte Refellitur,

2. pars.

Similiter refellitur.

6. 3. Confutatio,

Confirm.  
Omnia similia sunt similia propter communem similitudinem, non propter individuas.  
Ostenditur.



quod significat communem similitudinē, maximē simile est. Ita simile ut sic, nō est simile propter individua similia, sed ea similia sunt propter commune simile; sicut homo non est homo per Petrum, & Paulum; sed hi sunt homines, quia homo de eis per se predicatur.

At verō commentatio illa, qua Scotū quidam explicant, iisdem argumentis conuellit; sed quia clarior est ipsa explicatio, idcirco perspicacius apparet falsitas opinionis. Primum illud, quod asserunt, relationem ut sic, non esse proximum principium referendi, sed remotum, falsum est; quoniam in causis formalibus non est principium remotum, & proximū, sed causa, & effectus adæquantur; sed relatio est forma, & formalis causa relati; ergo non est remotum principium.

Præterea principium proximum, & remotum est aliquid in re ipsa inuentum, & aliquo discrimine reali distinctum; sed relatio ab ista relatione nihilo penitus differt, nisi sola distinctione rationis; ergo non est dicendum alteram relationem non esse principium remotum, alteram proximum. Quod si dicas relationem non esse principium remotum rei, sed appellationis duntaxat; quo pacto diximus propter calorem ut duo, non appellari calidum absolute.

Hoc etiam improbamus; nam calor ut duo propter additamentum singulare, propter gradum scilicet ut duo, comparatum cum subiecto singulari, non tribuit illi appellationem, quia id, quod habet calorem ut duo, simpliciter non dicitur calidum; calor tamen ut sic, calidum nominat; & relatio ut sic maximē dat nomen relato; ergo non est remotū principium appellationis. Præterea exemplum nulla ex parte quadrat; nam calor ut duo existēs in aqua, esto dicatur principium remotū ad denominandū calidū, est in potentia reali ad hoc; quia potest augeri; & denominare calidū: actu verō præstat quidē calidum esse ut duo, etiā si non denominet; quia nomen sumitur ab excessu, & aqua calida ut duo magis frigida est, quā calida, quapropter calida nō appellatur. Est tamē in illa realis effectus caloris. At verō isti existimant relationē, ut sic, nullo omnino modo dare esse relatū; quare omnino relatio nō est. Quod si relatio ut sic, dat esse relatū, etiam imperfectū, & quod non satis sit

A ad denominandum; ipsum tamen qualecunq; est, ad aliud est; quare omnino oportet, ut relatū commune ad aliud referant. Deniq; sicut se habet relatio ad hanc relationem, ita albedo ad hanc albedinē; ergo sicut ad hoc ut albedo constituat album, non requiritur existentia, aut individua albedo; album enim est commune conceptus separatus ab existentia, & individuo; ita ad hoc ut relatio constituat relatū, non est necessaria existentia, aut singularitas relationis; quia relatū est conceptus communis ab existentia, & singularibus seivntus. Relatū ergo est quid commune, quod relatio communis per se primo constituit, ut albedo album. Ipso ergo communi conceptu explicandum est ad quid sit relatū.

B Illud verō magis futile est, quod relationes individua sint simpliciter tales, non verō communis relatio. Sequitur enim evidenter quod relatio nō sit genus: Probatur, quoniam genus est, in quo collocantur individua, quæ naturam generis participant: quod si in relationibus individua sunt simpliciter relata, genus autem non est simpliciter relatū; potius genus participat naturam individuorum, ut dicatur relatū, quā individua naturam generis: Probatur, quoniam relatio, quæ est quidditas generis, in individuis inuenitur simpliciter, in genere secundum quid, ut illi aiunt. Neq; est instantia de prima substantia, quæ maximē substantia est: nam genus substantia est proprie, ac simpliciter substantia; eiusq; quidditas participat ab omnibus: sed alia abstractione analogæ, hypostasis dicitur maximē substantia, ut lib. 4. dicem⁹. Præterea Arist. definit relata; aut ergo definit genus, aut individua: si genus, illud simpliciter relatū ad aliud est; definitio enim primo; & per se competit rei definite: si verō individua definit, nō erit quidditatis relatiuæ definitio; quidditas enim est communis, non individua; neque enim definitur hoc relatū, neque illud. Quod si dicas definiti genus additis individuis, profecto portentum est definitionis, ut commune simul, & individuum definiatur; & ut individuum, quod definiti non potest, additū communi faciat illud, definibile. Denique si aiunt ipsum individuum definiti, & individua signata: certē non definiuntur; quia sunt infinita, & ut plura sunt, non possunt

C

D

4. Confutatio.

Relatum est quid commune qd relatio communis per se i. constituit, ut albedo album.

8. Quoad 2. asser. 1. Confutatio: Sequitur evidenter, quod relatio non sit genus. Ostenditur.

Non aduersatur instantia de 1. substantia, de qua lib. 4.

2. Confutatio.

Definitio relatorum non conuenit per se i. individuis: Ratio.

Nō generi additis simul in- Ratio.

Nō Individuo signato: Ratio.

Exemplum.

7. Explicatio

Fonsic.e

similiter conuellit.

Quoad 1. asser. 1. confutatio.

2. Confutatio.

Respōs. exposito exemplo.

Refellitur, & ostenditur exemplum ex parte respōsionis nō quadrare.

3. Confutatio, quā ostenditur exemplū nulla ex parte quadrare.

Aduersarij existimant relationē ut sic, nullo modo dare esse relatū.



Probatur.

Definitio est terminus, quo definitum continetur, & adæquatur.

No individuo vago:

Probatur.

Confirmatur. Ens per accidens non definitur.

9. Sententia quorundam.

10. Confutatur. Relatum reale ad aliud, non ad se ipsum refertur. *Aristot.*

Exemplum de relatis æquiparantia.

11. 3. Sententia ad 2. accedens, sed subtilior.

1. eius assertum: Quod relatum, & correlativum distinguuntur reali distinctione, seu differentia numerica per accidens inuenta in natura generis.

2. assertum: Quod scilicet conveniunt in unitate essentiali, & generica.

De hac sententia iudicium.

sunt definitione eadem defini; definitio enim est terminus, quo definitum continetur, & adæquatur; ita ut plura definita plures exigant definitiones. Definitur ergo individuum relationis sub conceptu communi; quo pacto tota redintegratur quaestio, illud individuum vagum sub conceptu communi quodnam habeat correlativum per se, & adæquatum? Et confirmatur, quoniam illud individuum concedunt esse ens per accidens, quod non definitur. Aliter ergo expedienda est quaestio ista.

Quidam igitur opinati sunt relatum quatenus relatum est, ad se ipsum referri; quia cum correlativum nihil aliud sit, nisi relatum, ut est terminus relati alterius; dum relatum ad relatum referimus, bis cogitando repetimus idem relatum, scilicet genus idem, non diversum; & ita non sunt duo genera.

Hi quidem aliquid veritatis indagati sunt, sed falsum omnino censuerunt: relatum enim est ad aliud, ut omnes Philosophi docent; & cum Aristot. relatum appellat ad aliquid, ad aliud interpretandum est more eius loquendi. Relatum ergo reale ad aliud non ad se ipsum refertur: nam simile non est sibi simile relatione reali, neque æquale sibi æquale, & ita se habent cætera relata, ut non ad se referantur; ergo & relatum, quod est commune omnibus, ad aliud est, non ad se.

Alij ergo subtilius hanc ipsam opinionem tractarunt; aiunt enim relatum, & correlativum distinguuntur reali distinctione: at verò cum reali distinctione bene constare unitatem generis. Relatum ergo, & correlativum distinguuntur (inquiunt) reali distinctione; sed in unitate generis omnino conveniunt; & ita utrumque est idem genus: quare neque sunt duo genera, neque relatum refertur ad se ipsum, sed ad correlativum, quod reali distinctione ab illo distat. Relativum autem, & correlativum differunt reali distinctione, non essentiali, sed numerica: imò conveniunt in unitate essentiali, & generica; & solo numero distinguuntur; numerus autem, siue differentia numerica invenitur in natura generis per accidens, scilicet per sua inferiora individua. Hæc est summa opinionis istius, quæ quasi inclusam veritatem continet, quam non palam edit, aut exponit: & illud quod est caput quaestionis falsò decernit, sci-

A licet relatum, & correlativum esse idem genus summum.

Arguitur tamen contra illam: nam his nominibus, relatum, & correlativum, haud dubie significatur relatio; aut ergo significatur relatio eadem, aut diversa: si eadem, falsò dicitur relatum, & correlativum distinguuntur reali distinctione; oportet enim, ut ipsæ relationes distinguantur, de quibus nobis sermo est: non ergo est relatio eadem significata utroque nomine. Quòd si significantur relationes distinctæ numero; neutra ergo illarum est genus; ergo neque relatum, & correlativum sunt genus idem.

B Si autem his nominibus relati, & correlativi significantur relationes non numero, sed essentiâ distinctæ; iam non sunt eadem essentia generica, ita ut utraque relatio sit genus summum. Probatur, quia sunt alterius, & alterius essentiæ, cum essentialiter differant. Præterea differentia numerica non invenitur actu in conceptu generis; cum ergo relatum, & correlativum animo concipimus, si utrumque est genus summum, in illis conceptibus genericis non apprehendimus individuas differentias: ergo unum non refertur ad aliud, ut distinctum numero; siquidem utrumque conceptu uniuersali apprehenditur.

C Nona adhuc superest opinio existimantium relationem quamcumque, non ad relationem, sed ad absolutum terminari, ut antea disputauimus: consequens enim est, ut non sit inquirendum relatum aliud, siue correlativum, quod nullum esse aiunt; sed relatio in genere respondere terminum absolutum. Et hæc quidem existimatio iam improbata est.

D Sed addunt nonnulli terminum formalem relati in genere esse occultum quid absolutum, scilicet proprietatem quasi transcendentem inuenta in omni re absoluta, quatenus potest ad aliam referri: arbitrantur enim, hoc quod est posse referri, indicare in re absoluta quid proprium, quo res apta sit referri. Hoc autem apparet confictum, & sine ratione excogitatum; aptitudo enim qua res absoluta potest referri, nihil est, nisi fortè passiva potentia, qua potest recipere in se relationem; formale enim nihil est: neque enim vel cogitando potest fingi hæc proprietas addita entibus; iam enim ostendimus passiones entis addere

12. 1. Confutatio. Per 1. assertum, Relatio utroque nomine significata non est eadem.

Per 2. assertum, Non multiplex distincta numero.

Nec distincta essentiâ.

2. Confutatio. Differentia numerica non invenitur actu in conceptu generis.

13. 4. Sententia.

Improbata est cap. 13. p. 2.

14. Additamentum Soar. in Metaph. disp. 47. sect. 16. n. 6. & 14

Improbatur 1.

Aptitudo ad recipiendam relationem, quæ est in omnibus, nihil distinctum est saltem formale.

Passiones entis addunt en-



ti saltem relationem rationis.

Aristotel. explicatur.

Relatioes nō mutua sūt in genere hoc relationis.

Ratio.

Confectariū.

Relatū vt sic seu natura sua, non refertur ad relatū, seu correlatiuum reale.

Vt sic refertur ad aliud siue absolutum, siue relatū.

Nostro modo intelligēdi, ac definiēdi, relatū quod est genus summū per se refertur ad relatū analogum, & cōmunius.

Vndē refertur ad relatū quod non est gen<sup>o</sup>.

Quomōdō verō relatū reale possit per

addere enti saltē relationem rationis. Nulla est ergo proprietates absoluta entis, qua quodque ens hoc habeat proprium, vt possit referri. Et hoc quod nouum est, & inauditum, est etiam incredibile. Quod verō Aristot. dixit in predicamentis, proprium esse qualitatis, vt penes illam dicantur res similes, vel dissimiles; indicauit proprium illud qualitatis, vt possit intēdi, & remitti, qui est modus entis realis. Similitudo enim propriē loquēdo fundatur in gradu eodē intensiōis, vt diximus, sicut æqualitas in eadem vnitāte extēsiōis.

PARS POSTERIOR.

Declaratur assertum hoc, Relatum per se primò respicit aliud.

**E**rgo vt nostram sententiam proponamus, primū aduertimus, relationes tertij generis, quibus non respondēt relationes reales, sed rationis, vt relatio scientiæ ad scibile; & relationes alias nō mutuas, vt relatio creaturæ ad creatorē; esse nihilominus in genere hoc relatorū; quoniam sunt res existentes, & siquid est perfectiōis in relationib<sup>9</sup>, ea est imprimis numeranda, qua creatura ad creatorem refertur. Cum ergo relatio hæc, & aliæ tertij generis sint res existētes, perfectæ, & definitæ, proculdubiō in genere ponendæ sunt. Quare hoc satis liquet relatum vt sic, non referri ad correlatiuum reale; sunt enim multa relata, quæ non habent realia correlatiua: ergo relatum quod complectitur omnia relata, nō refertur per se ad correlatiuum reale; sed dicendum est, quod relatum quidē ex natura sua non refertur ad aliud relatū, sed ad aliud, siue absolutum, siue relatū, vt modō dicebamus: sed tamen nostro modo intelligēdi, quo vnum relatum definimus per correlatiuū, relatū, quod est genus summū, per se refertur ad aliud relatum analogum, quod complectitur relata realia, & rationis; genus enim relatum definimus ad alterum relatum, siue illud sit reale, siue rationis.

Qua interpretatiōe necessariō dicendum est, relatum, quod est genus, per se referri ad relatum, quod non est genus; cum istud complectatur relata realia, & relata rationis, quæ in genere non sunt. Quomōdō verō relatū reale possit per

**A** se referri ad relatum analogum, quod est communius, cap. sequēti declarabimus.

Deindē diuidimus relatum in relata mutua, & non mutua. Relata autem mutua, quædam sunt eiusdem appellatiōis, scilicet eodem nomine comparata, vt simile, & simile. Quædam diuersæ appellatiōis, scilicet nominibus diuersis significata, vt Pater, & Filius. De istis ergo nulla est quæstio; Pater enim vt sic, refertur per se ad Filiū. Sed de illis disputatio est, an simile vt sic, referatur per se ad simile? & de relato mutuo vt sic, est eadem quæstio; quia nomine communi relatum, & correlatiuum dicuntur. Quod si diuisio relatorum in mutua, & nō mutua non esset essentialis; ea essent differentiæ accidentales: quare relatum mutuum esset ens per accidens, & de illo nō esset quæstio; hoc enim nomine relati mutui significaremus simul relationem, & aliquid accidēs relationi. De aggregatis autem per accidens non est disputatio. Sed quia haud dubiē opinamur relatum mutuum esse speciem generis relati, suscipienda nobis est quæstio ista de relato mutuo, ad quid aliud referatur per se primò.

**C** Quæritur igitur de relatiuis eiusdem appellatiōis, & de relato mutuo, quæ est species relatiui generis, ad quid referantur per se primò? In hac disceptatione, summo opere inquirendum est in relato cōmuni, quid sit id, quod refertur? Et quoniam opinamur non solas substantias inter se referri, sed etiam accidentia; quia accidentia sunt res existētes, & actu distinctæ; & nihil obstat quin inter se referantur reali relatione: Ideō dicendum est id, quod est relatum, non esse quidpiam commune, saltē quod ponatur in genere; nam substantiæ, & accidenti nihil est commune; sed id, quod est relatum, est substantia, & est accidens; vtrūque enim est subiectum relationis: ergo id, quod est relatum, quod est relationis subiectum, non est quid commune, sed est substantia, vel accidens.

Hoc autem vt meliūs intelligatur, aduertendum est, nomina concreta, quæ significant accidentia, & dicuntur à dialecticis connotatiua, omninō non significare subiectum accidentis, sed solum accidens: si enim vtrumque significarēt, eorū significatum esset ens per accidens, scilicet substantia, & accidens, nullatenus

3. præmittēdū

Quæstio est de relatis æqui parantiæ. Item de relato mutuo vt sic, in verā sentet. statuēte illud non esse ens p accidens, sed speciē generis relati.

4.

3. præmittēdū

Subiectum relationis nō est quid cōmune saltē quod ponatur in genere, sed est substantia, vel accidens.

5. Cognotatiua non significat subiectum accidentis, sed ipsum accidens.



ergo hæc nomina significant subiectum, sed formam accidentem subiecto; vt album, non corpus significat, sed albedinem. Quare et si subiectum relationis sit substantia, & accidens, neutrum tamen significatur nomine relati, sed sola relatio significatur: id ergo, quod non significatur, scilicet subiectum relationis, nõ oportet, vt sit commune, sed ipsa relatio significata, quid commune est, & genus. Quare cum inquitimus an relatum habeat correlatiuum æquale, ad quod per se referatur; non quærimus an sit subiectum relationis commune, quod habeat aliud subiectum relationis oppositum, & commune. Sed illud perspicendum est, an in relatiuo, & correlatiuo communi, sint duæ relationes oppositæ æquæ communes.

Perspicuum autem est non esse duo genera relationis summa; cum relatio, quæ est genus, communi cõceptu includat omnes relationes: nulla est ergo realis relatio, quæ non sit in hoc genere, & non potest intelligi, quod sit aliud genus summum; quoniam illa duo genera esset subalterna; quia conuenirent in genere summo. Et idem argumentum est de genere subalterno, quod est relatio mutua; neque enim possunt esse duo genera subalterna, quorum vtrumque sit mutua relatio; quia relatio mutua complectitur omnes mutuas relationes: ergo extra hoc genus non sunt relationes mutua; non est ergo aliud genus, quod sit mutua relatio. Idem ipsum argumentum conficitur de similitudine, quæ est species relationis infima; hæc enim complectitur omnes similitudines; ergo non est species alia similitudinis opposita.

Tota ergo difficultas est in hoc sita, vt explicemus quomodo similitudo ex propria ratione specifica sit opposita similitudini? Et quomodo simile ex propria ratione specifica referatur ad aliud simile? Aliud enim distinctionem significat; & oppositio similitudinis cum similitudine, indicat etiam distinctionem.

Ad quæstionis enodationem consideranda est relatorum natura: relatum quippe est, quod ad aliud est. Quo in loco dictio, aliud, non significat entis affectionem, sed notam particularem, scilicet ad aliud relatum, siue ad aliud ens. Nam aliud ens est particulare ens, & aliud relatum est particulare relatum. Non er-

go relatum refertur ad aliud, id est, ad affectionem illam entis, quam aliud appellamus; sed refertur ad aliud relatum, siue ad aliud ens, hoc est, ad particulare quodpiam relatum, siue ens. Et per hoc ipsum explicatur natura relationis, quæ est vnus entis particularis ad aliud quodpiam ens particulare; neque aliter nisi inter duo aliqua entia potest intelligi.

Post hæc advertere oportet quædam esse relata diuersæ appellationis, quæ significant duas relationes diuersæ speciei, & in his etiam sunt duo relata particularia specie distincta: nam etiam species rerum vocamus particulares respectu generis, quod est commune. Et in hoc etiam sensu vnum relatum est ad aliud, scilicet particulare relatum ad aliud particulare relatum; quibus nominibus significamus species particulares relatorum. Sed in relatis eiusdem appellationis vna est relatio communis nomine relatiuo significata, verbi gratia, simile refertur ad simile, relata sunt duo, sed nomen relatiuum idem, quod significat communem relationem similitudinis. Quapropter necesse est, vt in his relatis, quando dicimus simile referri ad aliud simile, quia dictio, aliud, particulare designat, & in his relatis non sunt particulares species relationis, sed vna, & eadem relatio communis, designet particulare indiuiduum, sc. quoddam simile ad aliud simile, quod dicimus indiuiduum vagum. Ergo dictio, aliud, hoc loco designat quodpiam particulare relatiuum, scil. vel particularem speciem in relatiuis diuersæ appellationis, vel indiuiduum particulare in relatiuis eiusdem appellationis. Vel etiam & fortè meliùs dicendum, quod semper designat indiuiduum particulare, quia etiam in relatiuis diuersæ appellationis particulare indiuiduum ad aliud particulare refertur, vt quidam pater ad aliquem filium, quamuis in his etiam species ad speciem referatur, scil. Pater ad Filium.

Sed videbimur fortassè tot dictis nihil egisse, cõfirmantes relatiuum referri ad aliud particulare relatiuum. Integra enim est quæstio, quomodo relatiuum commune possit referri ad relatiuum particulare; verbi gratia, simile ad quoddam simile? Respondemus tamen his, & similibus enunciatis, nihil aliud significari, quam

Relatio suã naturã est vnus entis particularis ad aliud quodpiam ens particulare.

9. 2. concl. In relatis mutuis disquirantia dictio, ad aliud, designat speciem particularem, vel in diuiduum particulare, seu vagum. In relatis mutuis æquiparantia non designat speciem, (cũ in his vna, & eadẽ sit relatio communis, v. c. similitudo) sed indiuiduum particulare.

Nomine relati sola relatio significatur, & est genus.

Quæstio non est de relato, p subiecto, sed pro relatione.

6. 4. præmittendũ. Non sunt duo genera summa relationis, Probatur.

Non duo genera subalterna, quorum vtrumque sit relatio mutua.

Non sunt duæ species infimæ, quarum vtraque sit similitudo.

7. Punctum cõtrouersia.

8. 1. concl. In relatorum definitione dictio, ad aliud, significat notam particularem entis, vel relati, non verò affectionem entis, vt p. 1. n. 14.



lum significa-  
tor quod rela-  
tium particu-  
lare ad particu-  
lare refertur.

Declaratur.  
In eodem enū-  
ciato accipitur  
simile in sub-  
iecto in actu  
signato; in præ-  
dicato in actu  
exercito.

Explicatur  
idem enuncia-  
tum:  
Id quod est si-  
mile, ex eo quod  
est simile ut  
sic, & per se pri-  
mò, hoc habet  
ut ad quodpiam  
aliud simile re-  
feratur.

11.  
Obiectio.

Responsio.  
Singulare est  
in relatiuis ut  
inueniatur in  
numero, non  
in unitate, quia  
sunt ad aliud,  
scil. vnum ad  
aliud, ex parti-  
cipatione cõ-  
munis natu-  
ræ.

In dicto enū-  
ciato terminus  
referri, est cõ-  
munis.

Absolutè simi-  
le ad simile re-  
fertur, nõ quia  
est hoc, sed quia  
tenet simile r.  
& per se.

12.  
r. dubit.  
Relatum in  
actu signato  
quid sit?

quàm quod relatiuum particulare ad par-  
ticulare referatur, quæ est veritas pla-  
nissima. Attendendus enim est animus  
ad acceptionem terminorum. Nam cū  
dicimus, Simile est ad aliud simile, in sub-  
iecto accipitur simile in actu signato; at  
verò in prædicato accipitur simile in a-  
ctu exercito: & explicanda est proposi-  
tio, Id, quod est simile ratione similitu-  
dinis hoc habet, ut ad aliud simile sit.  
Hoc enim ipsum postulat natura simili-  
tudinis, ut quoddam simile ad aliud sit.  
Quare etiam hæc pronunciata vera sūt,  
& concedenda, Simile, ut sic, refertur ad  
aliud simile, Esse simile per se primò re-  
fertur ad aliud simile: Non quia relatio  
illa communis ut sic, opponatur relatio-  
ni particulari, quod est impossibile; sed  
quia ut sic, & per se primò est ratio, ut  
particulare simile ad aliud referatur: &  
ita explicandum; Id, quod est simile, ra-  
tione similitudinis, ut sic, & per se primò  
hoc habet, ut ad quodpiam aliud simile  
referatur.

Sed contra hoc arguitur, nam iuxta  
modum per se causandi, ædificator per  
se ædificat domum, & hic ædificator per  
se hanc domum. Ergo relatio cõmunis,  
ut sic non est per se ratio, ut quoddam  
individuum ad aliud referatur, sed ut  
commune relatum ad commune referatur.  
Occurrendum est argumento. Res-  
pondemus igitur hoc esse singulare in re-  
latiuis, ut inueniantur in numero, non in  
unitate, quia sunt ad aliud, scilicet vnum  
ad aliud. Quare hoc ipsum inuenitur in  
individuis ex participatione communis  
naturæ. Considerandum est tamen in his  
propositionibus particularibus manere  
terminum quendam communem. Dici-  
mus enim hoc simile ratione similitudi-  
nis, ut sic, & per se primò referri ad aliud  
simile: hoc simile, & aliud simile particu-  
laria sunt; sed referri, est nomen cõmu-  
ne, quod conuenit illis ratione similitu-  
dinis communis, ut sic, & per se primò.  
Et ita soluitur nodus, sunt enim hæc mi-  
nutissima, quæ nisi perspicacitè atten-  
damus, facilè decipient. Itaque hoc si-  
mile hæc similitudine refertur, quia est  
hoc; sed absolutè simile ad simile refer-  
tur, non quia est hoc, sed quatenus simi-  
le primò, & per se.

Reliquum est, ut explicemus quid sit  
relatum in actu signato, & in actu exer-  
cito, ut veritas doctrinæ existat, & elu-  
ceat.

**A** Relatum in actu signato est illud,  
quod in ea mentis apprehensione non re-  
fertur, quod idem in actu exercito re-  
fertur. Et hoc ipsum explicandum est,  
quoniam ratione intelligatur relatum,  
quod eo ipso intellectu relatiui non re-  
fertur? Nam in constitutione diuinæ  
personæ intelligimus relationem non cõ-  
ceptu relationis, sed ut est forma hypo-  
statica, & in eo cõceptu non refertur, ut  
lib. 4. elucidabimus. Sed relatum concep-  
tu ipso relatiui, quomodo possumus  
concipere non referendo?

**B** Dicendum est secundum naturam rei  
idem esse referri, & relatum esse, & ita  
in natura rei non distinguitur relatio  
in actu signato, & in actu exercito, neque  
est relatio communis, sed solæ sunt rela-  
tiones singulares inuicem comparatæ,  
de quibus non est difficultas. Et ita ar-  
guebamus contra Scoti Commētatores,  
qui ponebant relationem sine relato, &  
causam formalem sine effectu: nam in  
his causis, quæ sunt secundum rei natu-  
ram, idem est referri, & relatum esse; ne-  
que potest intelligi relatio cuius non sit  
relatum: vel saltem debuissent concedere

**C** nostro etiam intelligendi modo rela-  
ta communia esse relata in actu signato,  
ut nunquam relatio communis sine cõ-  
muni relato sit; & ita relatum, quod est  
genus summum, simpliciter, & absolutè  
esse relatum in illa sua communitate.  
Sed tamen nostro modo intelligendi ali-  
ud est referri in actu exercito, & aliud ef-  
se relatum in actu signato. Nam referri  
in actu exercito contingit, quando ipsa  
ratio comparat vnum cum alio. Nonnũ-  
quam autem relationem comparamus  
cum subiecto, in quo est, quo pacto non  
referimus illam ad terminum, sed ad  
subiectum; & ita in illa consideratione

**D** accipimus relatum, quasi in actu signa-  
to comparando illud cum subiecto, ut re-  
quampiam aliam substantiæ inhaerentem,  
ut antea docuimus. Eodem modo in his  
enunciatis ob aliam tamen causam in-  
telligimus relationem in actu signato,  
non referendo illam ad terminum, neque  
verò ad subiectum, in quo est, sed omni-  
nò non referendo illam illa animi nostri  
cõsideratione, qua concipimus commu-  
ni conceptu.

Itaque in isto conceptu communi mo-  
dus ipse intelligendi repugnat vsui rela-  
tuo; sicut quando relationem compara-  
mus

Resolutio.

2. dub. vltior  
quomodo rela-  
tium concep-  
tu ipso relati-  
ui concipi pos-  
sit non referen-  
do?

13.  
Ad resolutio-  
nem prænot.  
In re ipsa non  
distinguitur  
relatum esse,  
& referri, seu  
relatio in actu  
signato, & in  
actu exercito.  
Ostenditur  
ex cap. 15. n. 5.

Nostro modo  
intelligendi di-  
stinguuntur.  
Ostenditur.

Resolutio.

In posito ad  
n. 10. enuncia-  
to, intelligi-  
tur relatio in  
actu signato,  
omniò non  
referendo illam  
eo communi  
conceptu.  
Declaratur.

14.  
In hoc concep-  
tu modus ipse  
intelligendi re-  
pugnat vsui  
relatiuo.



mus cum subiecto, in quo est, modus ille cogitandi repugnat, & obstat, quominus relatio, ut in subiecto cogitatur, per cogitationem eandem referatur ad terminum. Similiter conceptus similitudinis, eo ipso, quod est communis, & non possumus intelligere duas similitudines communes inter se relatas, impedit actum referendi eodem conceptu istam relationem ad aliud: & ita intelligimus relationem in actu signato, non in actu exercito. Qui tamen conceptus est relatiuus non absolutus; neque enim dicitur relatiuus, quia exercet actum referendi; sed quia repræsentat formaliter, & expressè quidditatem ipsam relationis. Neque ille conceptus est falsus, quia repræsentat relationem non referendo. Imò ipsa est quidditas relationis, ut secundum se non referatur in actu exercito, sed sit ratio prima, qua particulares relationes referuntur in actu exercito. Et hoc ipsum repræsentatur in illo conceptu communi similitudinis, siue confuso, siue distincto, scilicet ratio ipsa communis, qua particularia similia sunt. Et ea est, & dicitur relatio in actu signato.

Quapropter rectè repudiamus in lib. 4. illorum sententiam, qui aiunt relationem in actu signato constituere personam: Nam paternitas, verbi gratia, non potest intelligi in actu signato relatiuo conceptu, quia ea relatio, quæ est diuersæ appellationis ex sua propria specie habet terminum, & ideo concepta communi conceptu non excluditur à suo usu relatiuo. Quis enim Patrè sine Filio intelligat? Simile autem communi conceptu non habet simile, sed in particularibus. Quare communi conceptu intelligimus simile in actu signato, & cum definitur per aliud simile, iam explicatur in particularibus in actu exercito, ut docuimus.

Ex his tandem colligimus relatum, ut sic, quod est genus summum, non referri ad relatum, ut sic: quia vel referretur ad se ipsum, quod est impossibile; vel referretur ad relatum communius, quod complectitur relationes reales, & rationis, sed neque ad communius potest referri, ut i. p. huius capituli disputauimus. Dicendum ergo est idem, quod de alijs relatis eiusdem appellationis, sc. relatum, ut sic, referri ad particulare relatum, scilicet relatum in actu signato dicitur referri ad particulare relatum in actu ex-

**A** exercito, in sensu iam explicato. Sed aduertendum est, quod in hoc particulari relato forma significata nomine relati est amplior, continens relationes reales, & rationis, quia vel hæ, vel illæ terminant relatum, quod est genus summum continens solas relationes reales; ergo correlatiuum generis summi est comunius, quam ipsum genus. Et ita quoad formam significatam nomine correlatiui intelligimus aliquid comunius, quam genus summum; sed quia hoc correlatiuum generis summi est particulare relatiuum in actu exercito, ex hac parte non est ipsum genus summum, neque aliquid comunius, quam genus summum; imò est particulare correlatiuum terminans aliud particulare relatiuum: & ita semper fit verum, quod relatum, ut sic, non refertur in actu exercito ad magis commune, neque ad minus commune; sed est relatum in actu signato, cuius correlatiuum in actu exercito est particulare relatiuum, sicut diximus de simili. Et eodem modo est explicanda ista propositio relatum, ut sic, est ad aliud, scilicet relatum particulare ex eo, quod est relatum, habet ut ad aliud particulare relatum referatur, iuxta prædicta.

**C** Confectaria verò sunt contra aliorum impugnatas assertiones. Primum, Relatum ut sic, ex natura rei esse relatum. Secundum, nostro intelligendi modo relatum ut sic, in actu exercito non referri. Tertium, Relatum in actu signato referri ad aliud scil. particulare relatum in actu exercito, eò quod relatum ut sic, habet in suo conceptu communi primam rationem referendi, qua omnia relata referuntur. Imò relatum, ut sic, non solum refertur per se, sed per se primò: in actu tamen signato, ut sæpius inculcauimus; & hoc modo sicut intelligimus relationem communem, ita & commune relatum. Quartum, Correlatiuum summi generis esse penes formam significatam comunius, quam relatum, quod est genus summum, sed acceptione minus commune, ut potè particulate correlatiuum in actu exercito. Vltimum corollarium: Scotus propè accessit ad hanc sententiam, quam tamen non explicauit. Nam relatum non referri per se, sed per sua inferiora, non probè dicitur, quia esset relatum per accidens. Sed dicendum non referri in actu exercito, sed in actu signato

Istud particulare, se uerè relatiuum quoad formam significatam est comunius, quam ipse genus,

Prout est particulare relatiuum in actu exercito, terminans aliud particulare relatiuum, non est magis, nec minus commune, quam illud aliud,

17. Contra assertiones impugnatas p. 1. 1. corollar. Secundum.

Tertium.

4. corollar.

Correlatiuum generis summi cum accipitur ut particulare in actu exercito, hac acceptione est minus commune, quam ipsum genus, quod accipitur in actu signato.

Is conceptus est relatiuus.

Nō est falsus.

Ipsa est quidditas relationis ut secundum se nō referatur in actu exercito.

15. 1. confect. Paternitas nō potest intelligi in actu signato relatiuo conceptu.

In communi conceptu non excluditur à suo usu relatiuo.

Secus de similitudine,

16. 2. confect.

Relatum ut sic, quod est genus summum, nō refertur ad relatum ut sic.

Ratio ex dictis.

Relatum ut sic, in actu signato refertur ad particulare relatum in actu exercito, ut n.

9.



5. corollar.

nato referri eo ipso, quod sua inferiora in actu exercito referantur, quorum prima ratio relativa continetur in conceptu communis relati. Illud etiam improbari potest in Scoto, quod refert sola singularia inter se, ut A. ad B. Nam his propositionibus non significantur singularia designata, ut liquet, sed singularia vaga, scilicet quoddam relatum ad aliud relatum, ut declaratum est. Cum enim dicimus relatum esse, quod ad aliud relatum refertur, aliud relatum significat quodlibet particulare relatum, & est singulare vagum apud Dialecticos.

*Confirmatio.*

18.  
Alb. Magn.

**H**Æc autem opinio priscis Philosophis consentanea est, quos refert Albert. Magn. 5. Metaph. tract. 3. cap. 7. existimasse relatum commune exercere suam relationem per inferiora; & relationes communes esse relationes in actu conceptu, singulares verò in actu exercito. Quo nihil potuit dici clarius. Et idem ait in Prædicament. cap. 7. relatio enim in actu exercito non sine singularibus explicatur, cum tamen ipsa sit quid commune in actu signato, ut diximus. Idem confirmat Boetius his verbis cap. de relatione, *Quocirca cum unius relatiui nuncupatio mox secum aliud trahat, ad aliquid per se unum esse non potest.* Hoc est, ad aliquid per se hoc habet, ut non possit inueniri in vno singulari, quia aliud secum trahit. Hoc autem, quod est per se, proprium est relationis, non istius, aut illius, sed communis: ea enim est natura relationis communis, ut non nisi in pluribus singularibus inueniatur, quod est in actu exercito plura completi, scilicet plura singularia. Hoc idem Simplicius dilucidius edocet. *Itaque ea, inquit, que ad aliquid sunt, multa erunt secundum multitudinem eorum, que habent habitudinem, & dicuntur inuicem.* Hoc est, relatorum. Quibus verbis ait relata, hoc est, ea ipsa, quæ ad se referuntur, oportere esse multa, videlicet singularia. Et subiicit, *Sed secundum unam habitudinem, que similiter in pluribus est, unum esse intelligatur: nam ob hoc unum dicitur esse prædicamentum ad aliquid.* Quibus verbis significat ea relata, quæ sunt plura singularia, relatione esse unum, quia vna est relatio omnibus communis;

Boetius.  
Relatio hoc habet per se & ut proprium, ut non possit inueniri in vno singulari.

Simplicius.

**A** aliàs non esset genus. Et S. August. in libr. Cathgor. cap. 11. probissimè docuit non rectè dici ad aliquid, nisi cum singulare ad singulare refertur: quibus verbis significauit eam esse relationis naturam, quæ non, nisi in singularibus, perfectè explicetur.

CAPVT XVI.

*Argumenta refelluntur.*

**A**rgumenta, quæ possent obijci contra nostram sententiã hæc occurrunt. Primò: Definitionem relatorum, si perfectè explicetur, diximus conuenire singularibus; sed singularia nullo modo definiuntur; ergo non ea recta est definitionis relatorum explicatio.

**B** Secundò: Relatum est quid commune non solum significatione, sed etiam suppositione dialectica; ergo non solum significat formalitèr relationem communem, sed etiam supponitur pro aliquo communi; non ergo supponitur, vel accipitur pro relatis singularibus.

**C** Tertiò: Relatum est ad aliud, quod intelligitur aliud à se, scil. à se distinctum; ergo correlatiuum, ut sic, habet relationem distinctam à relatione relatiui: sed relatio relatiui est communis: ergo relatio correlatiui distinguitur à relatione communi relati; distinguitur, inquam, distinctione reali; sic enim correlatiuorum relationes distingui diximus: sed à relatione communi relatiui nulla relatio realis creata potest esse re ipsa distincta; quia singulare à communi non distinguitur re ipsa: ergo hic modus explicandi definitionem relatorum per relationes distinctas re ipsa, veritatem non continet.

**D** Quartò: Hoc relatum habet hanc relationem realem distinctam à relatione reali alterius correlatiui, & sic singula habent; ergo relatum, ut sic, habet relationem distinctam à relatione correlatiui: sed relatum, ut sic, non habet relationem singularem; ergo habet relationem communem distinctam à relatione correlatiui, quod est contra prædicta.

**E** Quintò: Hoc relatum per se primò refertur ad hoc relatum, cui adæquatam est; & illud ad alterum per se primò: ergo relatum commune per se primò ad commune. Et confirmatur, quia relatio commu-

S. August.

1.

1. argum.

2.

2. argum.

3.

3. argum.

4.

4. argum.

5.

5. argum.

Confirm.

commu-



communis non est prima, & adæquata ratio referendi hoc ad hoc; nam ratio adæquata istius relati, est ipsa relatio; ergo relatio communis, siquidem est ratio adæquata referendi, erit ratio referendi commune relatum ad aliud commune relatum, & non hoc ad hoc.

6.  
6. argum.

Sextò: Relatum reale, quod est genus summum, nostro modo intelligendi refertur ad correlatiuum magis cõmune, quod complectitur relata realia, & rationis; ergo relatiuum istud, quod est cõmunius, refertur ad reale relatum minùs commune: ergo similiter relatum reale, quod est genus, potest referri ad relata alia contenta in illo genere: neque enim æquum est, vt concedamus relatum referri ad correlatiuum magis commune, & negemus referri ad minùs commune.

7.  
Ultimum.

Ultimò, argumentum præcipuum in- stat: Relatum mutuum vt sic, refertur ad correlatiuum; ergo correlatiuum vt sic, vel est æquè commune, vel magis commune, vel minùs commune.

*Aduertenda.*

8.  
1. aduert.

Ex natura rei relatum est ad aliud siue relatiuum, siue absolutum.

Nostro modo intelligendi est ad aliud relatum siue reale, siue rationis.

Correlatiuum quoad formam significatam, est vel ens commune relatiuo, & absoluto, vel relatio cõmunis realibus, & rationis.

Acceptione nominis fit particulare.

**P**rimùm aduertendum est, quod antea docuimus, definitionem relatorum posse intelligi ex natura rei, vel nostro modo intelligendi. Ex natura rei relatum non refertur per se ad relatum, sed vel ad relatum, si mutua sunt; vel ad absolutum, si sunt non mutua. Et ita intelligitur, quòd relatum est ad aliud, scilicet ad aliud ens abstracta notione à relatiuo, & absoluto ente. At verò nostro modo intelligendi, relatum est ad aliud relatum, siue illud sit reale, siue rationis. Et utroque modo correlatiuum generis relati est amplius quid, quàm genus relatum; quia vel continet absolutum, & relatum, si explicetur relatio ex natura rei; vel continet relationes reales, & rationis, si nostro modo intelligendi relatum ad correlatiuum referamus. Et hæc quidem de forma significata per nomen correlatiui, quæ est vel ens commune relatiuo, & absoluto, vel relatio communis realibus, & rationis; & ita correlatiuum est cõmunius, quàm genus relatiui. Sed quia hoc correlatiuum generis relati est particulare, & in actu exercito, fit acceptione nominis particulare, vt diximus, quia relatum refertur ad aliud relatum, id est, ad particulare relatum modo iam

**A** explicato. Vndè colligimus correlatiuum differre significatione formali à relatiuo, quod est genus, cum correlatiuum sit quid amplius, & cõmunius. Si tamen relatiuum accipiamus, vt complectitur relationes reales, & rationis, & loquamur de significatione formali, scil. non de re, quæ est correlatiuum, quod est aliquid absolutum ex natura rei, sed de ratione ipsa formali relatiui, & correlatiui, certum est nõ differre penes formam significatam, scil. penes relationem, quia vtrumque significat relationem cõmunem realibus, & rationis: differunt tamè penes intelligendi modum; nam relatiuum significat relationem, vt progrediētem ad aliud; correlatiuum autem significat relationem, vt terminātem. Quare, ni fallimur, relatiuum ipso modo significandi significat relationem in actu signato, scil. primo mentis conceptu cõmunem, nullique oppositam; correlatiuum autem suo modo significandi significat relationem in actu exercito, scilicet præ concipiendo relatiuum, cuius correlatiuum sit terminus. Hic tamen modus diuersus intelligendi non variat cõmunitatem conceptus, neque rem significatam, quæ est relatio communis. Et ita vtrumque potest intelligi in actu signato, & de utroque similiter videtur philosophandum. Nam cõmuni conceptu referri in actu exercito est impossibile, siue relatiuum sit, siue correlatiuum. Et idem dicendum est de relatiuo mutuo, & de correlatiuo suo, quæ solo intelligendi modo differunt, cum significant formaliter idem genus relationis.

**D** Adhuc tamen obseruandum est in relatis eiusdem appellationis relatum ex natura sua, reque ipsa non variari penes actum signatum, & exercitum, qui sunt modi intelligendi rem non inuenti in re ipsa. Quare sicut relatum ex natura rei nihil est præter singularia, ita & relatum ad aliud nihil est re ipsa, nisi singula relata ad alia. At relatum, vt est quid commune, iam subit intelligendi modum, & intelligitur in actu signato, & non refertur in actu exercito, sed in illo actu signato dicitur referri per hoc, quod habet primam rationem referendi.

Aduertendum etiam est quòd in hac enunciatione, Simile refertur ad aliud simile, tam in subiecto, quàm in prædicato simile accipitur pro rebus indiuiduis simili-

Eò quòd sit cõmuni differre significatione formali à relatiuo, quod est genus.

Differunt etiã ex proprio modo intelligendi, quo relatiuum significat relationem vt progrediētem, ac proinde in actu signato: Correlatiuum vt terminātem ac proinde in actu exercito, & vt particulare.

Vtrumque potest intelligi vt commune conceptu & re significata, ac proinde in actu signato.

9.

Relatum in actu signato dicitur referri per hoc quod habet primam rationem referendi.

10. In hac, Simile refertur ad aliud simile, vtrumque simile accipitur pro rebus indiuiduis simili-



similibus, pro quibus verificatur.

similibus, pro quibus verificatur, ut aiunt Dialectici, quia in illis ostenditur veritas enunciationis, sed subiectum in actu signato, predicatum in actu exercito: & iterum, subiectum est nomen commune, predicatum autem particulare propter notam illam particularem, aliud; nam aliud simile est particulare simile. Quod si predicatum non notetur illo signo particulari, sed dicamus, Simile ad simile refertur, utrobique simile est nomen commune, sed in subiecto accipitur in actu signato, & in predicato in actu exercito. Et hoc satis est ad explicationem traditæ doctrinæ, ut in subiecto significetur sola ratio referendi, & in predicato significetur relatiuus usus.

Denique considerandum est relatum mutuum esse genus quoddam relati, quod est eiusdem appellationis, ut apparet; & idcirco non refertur in actu exercito, sed in actu signato ad modum iam explicatum. Non ergo dicitur relatum mutuum, quia habet aliud relatum æquè commune sibi mutuo oppositum: sed quia in hoc genere relatorum particularia relata habent relationes reales utrinque oppositas, genus ipsum dicitur relatum mutuum, accepto nomine à relatis particularibus in actu exercito, quorum prima ratio vicissitudinis relatiuæ est in ipso genere mutui relati, sed in actu signato.

Responsio.

Ad primū argumentum respondetur singularia non definiri, ut sint definitū formale; illud enim est quidditas communis: & ita in definitione relatorum definitur relatio tanquam definitū formale, cuius natura explicatur, ut diximus: bene tamē possunt definiri singularia sub illa ratione communis formæ definitæ, quia hæc forma communis, sc. relatio, hoc habet per se propriū, ut non, nisi in singularibus, explicetur perfectè. Dicim⁹ etiā singulare designatū non definiri; sc. Petrū, vel Paulū; bene tamē singulare non designatū, ut est persona, hypostasis. Similitèr in definitione relatorum accipimus singularia non designata, sed vaga, cum ita explicamus, quod particulare relatum ad aliud particulare refertur, ut exposuim⁹.

Ad secundū respondetur, quod, ut nomen sit suppositione commune, non est necesse, ut supponatur pro re aliqua cō-

A muni, sed satis est ut cum disiunctione dialectica supponatur pro pluribus partito modo, scilicet pro vno, vel pro alio, quod libr. 2. partim tractatum est, & libr. 5. erit iterum explicandum. Relatum igitur nihil habet commune, pro quo supponatur, quia substantiæ, & accidenti nihil est commune, saltē quod sit in genere: neque verò supponitur pro ipsa intentione singularis: sed supponitur pro quavis re singulari, seu potius particulari, siue sit substantia, siue accidens. Et hoc modo est commune nomen.

B Ad tertium respondetur relatum à correlatiuo distingui reali distinctione, ut argumento intenditur; genus autem non distingui à suis particularibus, reali distinctione affirmamus: sed adhuc est verū, quod relatum, ut sic, distinguitur à suo correlatiuo distinctione reali, quia non est sensus quod genus commune distinguatur à suo particulari; sed quod particulare à particulari distinguatur, cuius distinctionis realis prima ratio cōtineatur in ipso genere communi; sicut enim in illo est prima ratio referendi, est etiā prima ratio distinctionis relatiuæ, & oppositionis.

C Ad quartum respondetur, quod consequentia est optima; & ita cōsequēs est, quod relatum, ut sic, habeat relationem distinctā à suo correlatiuo; sed explicanda est propositio in actu exercito, scil. Relatum est id singulare, siue particulare, quod habet relationē distinctā à correlatiuo. Quod si obijcias relatum ut sic, non esse singulare, sed commune. Respondetur notam illam, ut sic, quam dialectici vocant reduplicatē, posse attingere formam relatiui, scil. relationem; & subiectum relationis, sc. id quod refertur. Primo modo indicat genus commune, & in eo sensu est verū quod relatum, ut sic, formalitèr est aliquid commune non singulare. Secundo modo relatum, ut sic, est singulare vagum, de quo verificatur nomen istud: quia id quod est relatum, scilicet subiectum relationis, in quo exercetur relatio, est singulare, non designatum, sed vagum; ut docuimus.

D Ad quintum respondetur, quod relatio communis non est ratio referendi in actu exercito ipsam commune relatum, quod est relatum in actu signato; bene tamen est prima ratio referendi individualis, ut in notationibus exposuimus.

commune, satis est ut cum disiunctione supponatur pluribus, scil. pro vno, vel pro alio.

Relatum supponitur pro quavis re particulari.

Ad 3. arg. Hæc Relatum ut sic, distinguitur à suo correlatiuo distinctione reali, explicanda est in actu exercito. Sicut in genere communi relati est prima ratio referendi, est etiā prima ratio distinctionis relatiuæ, & oppositionis.

Ad 4. arg.

Obiectio.

Responsio.

Si per notam reduplicatē ut sic, indicetur subiectum relationis, Relatum ut sic, est singulare vagum.

Ad 5. arg.

Genus relati dicitur mutuum accepto nomine à relatis particularibus in actu exercito. Ad 1. arg. 1. Responsio. Possunt definiri singularia relata sub ratione communis formæ relatiuæ definitæ. Ratio. 2. Responsio. Singulare non designatū potest definiri, ut persona, hypostasis. Ad 2. arg. Ut nomen sit suppositione



17.  
Ad 6. arg.

Relatum in genere vt est in actu signato, & in vnitare abstractu non refertur.

18.  
Ad vltimum. Correlatiuum mutuū vt sic, in actu signato, & in vnitare abstractum est ipsum relatiuum mutuū alio nomine significatū.

Ad sextum etiam respōsum dedimus explicantes, quomodo intelligatur correlatiuum in actu exercito esse communius, quod aliās est indiuiduum; esseque correlatiuum in actu exercito non relati communi, sed alterius indiuidui, pro quo nomen relatiuum reale supponitur. Relatum enim in genere, vt est in actu signato, scilicet illa vnitare rationis nō refertur: quia non distinguitur reali distinctione à correlatiuo, vt oportet distinguere relatum reale.

Ad vltimum respondetur, quod correlatiuum mutuū, vt sic, in actu signato, & in vnitare abstractum, neque est æquè comune, neque minùs, neque magis commune, quàm relatiuum mutuū, quia est ipsum relatiuum mutuū alio nomine significatum, vt docuimus; cum ergo hoc relatum ad suū correlatiuum referimus, aliud in actu signato, aliud in actu exercito accipiendum est, vt in particularibus relatiuis relationem exerceamus, distinctionemque realem, & oppositionem, quemadmodum de relatiuo simili philosophati sumus.

CAPVT XVII.

Vnum relatum eadem relatione refertur ad plura.

1. Vltima quæstio philosophica est diuinis rebus inseruiēs, vtrum vnū relatum relatione eadē referatur ad plura?

Non dubium est, quin plures relationes specie distinctæ possint simul inesse eidem subiecto, ita vt vnum relatum, hoc est subiectum vnum, pluribus relationibus specie distinctis, ad plura referatur. Sed quærimus vtrum in eodē subiecto, & in eadem parte subiecti possint inueniri relationes plures solo numero distinctæ, quibus illud subiectum ad plura referatur, vt plures similitudines in eadem albedine, & in corpore eodem.

Ioan. Scot. in 3. d. 8. q. vnica, opinatur vnum simile, v. g. respicere omnia sibi similia tot relationibus, quot illa sūt, quæ respicit. Aliorum verò opinio est rectè quidem dictū, quod vnum relatiuum referatur ad plura pluribus relationibus; nō tamē id vniuersim verū esse: quādo enim vnum relatum ex propria ratione exigit plura relata, sufficere inquirunt in illo relationē vnā, vtpotē quæ nō constet, nisi ad plura referatur: quo pacto fili⁹ ad pa-

trem, & matrem vna relatione refertur, quia filius ope naturæ non potest gigni, nisi à duobus; ergo filius vna relatione ad duos refertur: & totū, quia nō constat sine partibus, vna relatione refertur ad plures partes. At verò simile, cui sat est alterū simile, si plura habeat similia, pluribus relationibus aiunt ad illa referri.

At verò S. Thom. 3. p. q. 35. ar. 5. & in 3. sent. d. 8. q. art. 5. & quodlib. 9. art. 4. affirmat vnum relatum vniuersim ad omnia relata opposita, eadem relatione referri. Idem confirmat Thom. Caiet. cōmētario in 3. p. argutissimè, & Ioan. Capreol. in 3. loco eodem, cum Auctore.

Aduertendum igitur est, quod vnum relatum non ducit speciem ab alio opposito: nam quæ speciem præbēt, priora sunt, vt S. Thom. notauit; relata autem sunt simul etiam cognitione: & quidē esset circulus prioris, & posterioris; cum enim relata definiatur ad inuicem, si ab alterutris haberent speciem, essent alterutris priora, & posteriora. Non ergo relatum definitur per aliud, quasi per id, à quo speciem habet: sed potius definitur ad aliud; quia hæc est propria ratio relati, vt aliud respiciat, quod Albert. Mag. scitè docuit. Differunt ergo relationes specie, sicut & alia absoluta, per proprias differentias, quas à fundamentis indagamus, & à conditionibus fundādi.

Et ita etiam paternitas, & filiatio distinguuntur specie, nō quia opposita sunt; sed quia paternitas fundatur in generatione actiua, & filiatio in passiua. Iam ergo hoc quæritur, vtrum relatum, quāuis non habeat speciē à relatione opposita, habeat tamē numerū ab ea; ita vt propter ipsum respectū vnus ad alterū, relationes hinc inde oppositæ totidē sint: ita, inquam, vt numerus non æstimetur penes subiecta relationū, sed penes ipsam comparationē, & respectū; & ita licet relationes plurium filiorū sint in pluribus illis filiis, tamen in vno Patre sunt totidē paternitates, vt numerus numero æquetur. Videtur autē hoc posse persuaderi, quia oppositio relatiua, licet nō necessariò afferat distinctionem specificam, affert tamen numericam; & ita numerus relationum oppositarum videtur esse par.

Nihilominus illud certum est, quod vna numero relatio non dat vnitatem relationi oppositæ; vnitatis enim specifica est vnitatis rationis; & tamen eam vnitatem

4.  
3. sent.  
S. Thom. affirmat vniuersim.  
Caiet.  
Capreol.

5.  
Ad probationes aduert. Relatum non definitur per aliud, quasi per id à quo speciem habet, cum relata sint simul etiā cognitione.

Definitur ad aliud.  
Alb. Magn. Differentiæ specificæ relationum indagantur à fundamentis, & conditionibus fundādi.

Difficultas, vtrum saltem numeros relationum æstimetur penes relationes oppositas?

Pro parte difficultatis affertur.

6.  
Pars negans certa est. Probatur.

2.  
Quæstio est de relatione eadem, non specie, sed numero.

3.  
1. sent. Scot. negat vniuersim.  
2. sent. Fonseca, negat cum distinctione.



tem relatio nō accipit à relatione oppo-  
sita, tanquam à causa speciei: multo er-  
go minùs opinabile est, quòd accipiat  
vnitatem numericā, quæ est vnitas rea-  
lis. Et confirmatur, quia causa vnitatis  
numericæ, siue indiuiduæ est causa rea-  
lis ipsius formæ, quam vnitas comitatur:  
impossibile autem est, quòd vna relatio  
sit causa realis alterius relationis oppo-  
sitæ; ergo neque est causa vnitatis eius  
numericæ: ergo neque numerus relatio-  
num est causa numeri relationum oppo-  
sitarum, eadem enim est causa vnitatis,  
& numeri, qui ex vnitatibus oritur.

His constitutis probatur nostra sen-  
tentia primò ex parte materiæ, siue sub-  
iecti, à quo vnitas numerica sumitur, re-  
ste Aristotele, vt lib. 4. explicabimus: In  
subiecto vno nō possunt esse formæ duæ  
eiusdem speciei; ergo in Patre vno non  
sunt duæ paternitates, sed vna quæ re-  
fertur ad filios duos, vel plures.

Deindè probatur ex parte agētis; na-  
tura enim nihil facit superuacaneū, sed  
sicut vna albedine vnum corpus est sa-  
tis albū; ita vna paternitate homo vnus  
est satis pater plurium filiorum: ergo in-  
scitè importatur numerus penè infinitus  
relationum. Nam si sint mille alba simi-  
lia, in singulis albis erunt mille similitu-  
dines; & ita numerus relatorum infini-  
tis vicibus excedet numerū rerum ab-  
solutarum.

Adhuc idem probatur ex parte ipsius  
formæ relatiuæ: nam etsi non essent cō-  
mentitiæ illæ hæccitates Ioan. Scoti,  
de quibus lib. 4. differemus; quibus duæ  
formæ in eodem subiecto distingueren-  
tur, singulæ per suam hæccitatem; adhuc  
ostendemus eam distinctionē numericā  
non conuenire relationibus eiusdē spe-  
ciei in subiecto eodē; nam relationes nō  
accipiunt numerū à relationibus oppo-  
sitis, vt probatū est: sed neque per se ip-  
sas numerū afferūt; probatur, nam rela-  
tio cōparata cū relatione, cum qua non  
opponitur, ita se habet, ac si esset abso-  
lutum; oppositio enim relatiua est ad al-  
terū: quare relationes quædā sunt in eo-  
dem fundamēto, quædā in diuersis; ergo  
duæ paternitates in subiecto eodē nihil  
habent, quo distinguantur, cum omninò  
oppositæ non sint; distinctio autē est op-  
positorum: sicut ergo in eodem subiecto  
non sunt duæ albedines, quia non sunt  
oppositæ; sed vna albedo est: ita neq; in

**A** eodem Patre sunt duæ paternitates, cum  
oppositæ non sint. Confirmatur, quoniam  
relatio sumit speciem, & vnitatem spe-  
cificam à fundamēto, tanquam à causa  
ergo si contendas à subiecto non sumit  
vnitatem numericā, saltē relationem, quæ  
à fundamēto aliquo modo speciem acci-  
piet, accipiet quòdque vnitatem numeri-  
cā à fundamēto: sed fundamētum  
est vnum huiusmodi, scil. vna albedo, vna  
forma generantis; ergo & relatio vna  
numero est, scilicet vna similitudo, vna  
paternitas.

**B** Denique idem probatur intendendo  
argumentum ijs, qui concedunt relatio-  
nē non distingui simpliciter à fundamē-  
to; quam opinionem existimamus verā  
esse. Ponamus ergo in cādore vno simi-  
litudines duæ, vtraq; similitudo est res  
eadem, quæ est candor, & sunt eiusdem  
speciei; ergo vtraque similitudo est vna  
res indiuidua; ergo vna indiuidua simi-  
litudinis. Nam in rebus diuinis negamus  
hanc consequentiā, Pater, & Filius sunt  
res vna absoluta; ergo non sunt res duæ  
relatæ: propter infinitatē, & simplicita-  
tem Deitatis, ob quā essentia, & relatio  
est res vna; relationes autem oppositæ  
sunt res duæ. In rebus verò creatis non

**C** possunt esse solo numero distincta ea, quæ  
sunt vna res numero. Explicatur hoc  
magis; nam res istæ, quæ non simpliciter  
distinguuntur ab alijs, sed sunt quasi rerū  
aliarum appendices, & augmenta, habent  
vnitatem à rebus, quibus coherent. Idcir-  
cò enim figura, & quantitas simpliciter  
dicitur res vna, quia figura est ipsa quan-  
titas cum quadam adiectione. Et ideo  
impossibile est, quòd in quantitate eadē  
sint plura indiuidua figuræ, cū tota vni-  
tas indiuiduæ figuræ à quāritate vna pe-  
tatur, eò quòd ipsa figura, & quantitas  
simpliciter est res vna. Cum ergo simili-  
tudo, & albedo simpliciter sit res vna, im-  
possibile est quòd in albedine eadē sint  
multa indiuidua similitudinis: cum tota  
vnitas indiuidua similitudinis ab albe-  
dine petatur, siquidem similitudo, & al-  
bedo est simplex res vna. Non possunt  
ergo esse in eodem fundamēto relatio-  
nes plures eiusdem speciei, solum ma-  
terialiter distinctæ, non specie, sed so-  
lo numero: siquidem illa vnitas indiui-  
dua, siue materialis, aut numerica ab vni-  
tate fundamēti deriuatur; cū relatio, &  
fundamētū sit res vna. Aliqui respōdet

**D** duas

Confirmatur

Licet dicatur à  
subiecto nō ac-  
cipi vnitatem  
numericā, sal-  
tē relatio il-  
lam accipit à  
fundamēto.

4. probatio pro-  
cedit, si non  
tor in candore  
vno similitu-  
dines duæ, nō  
distinguntur ab  
eo simpliciter  
iuxta verā opi-  
nionem.

In rebus crea-  
tis non possunt  
esse solo nume-  
ro distincta ea,  
quæ sunt vna  
res numero.

Explicatur  
magis.

Rerum appen-  
dices, & aug-  
menta ab iisdē  
habent vnita-  
tem.

Impossibile  
est in quantita-  
te eadē esse  
plura indiui-  
dua figuræ.

Responso

Responso

Responso

Confirm.

Vt relatio ipsa,  
ita eius vnitas  
non causatur  
à relatione op-  
posita.

3. sententiæ  
1. probatio ex  
parte causæ ma-  
terialis relatio-  
num.

8.  
2. probatio ex  
parte agentis  
abhorrentis su-  
perflua.

9.  
3. probatio ex  
parte ipsius for-  
mæ relatiuæ.

Sumitur 1, ex  
n. 6.

Secundò

Vt duæ albedi-  
nes, ita duæ pa-  
ternitates in  
subiecto eodē  
nihil habent  
quòd distingua-  
tur, cum non  
opponantur,



duas illas similitudines nō esse res duas reali numero distinctas, sed quasi formaliter distingui. Hoc autē absurdissimum est; nam ubi sunt species distinctæ, sunt quoque individua sub speciebus distincta, etsi nō distinguantur reali distinctiōne perfecta; ut hæc albedo, & hæc similitudo sunt individua distincta, quia sunt diuersarum specierū, imō & generum diuersorum individua: sed quod eiusdem speciei sint duo individua distincta non reali numero, sed formaliter, incredibile est & paradoxū. Et probatur, quoniā distingui formaliter, est distingui definitione, & specie; sed hæc individua sunt eiusdem speciei, & formæ; ergo non distinguuntur formaliter. Idem probatur iterato argumēto, quoniam in Deo distinguimus in re eadem res duas, scilicet in essentia relationes; quia relatio, & essentia non opponuntur, sed sunt res eadem; relatio autem, & relatio opponuntur, & sunt res plures: sed in eodem candore similitudo, & similitudo non opponuntur; ergo non sunt duæ similitudines, sed vna, siquidem sunt res vna, cum sit idem candor: à candore autem distinguuntur relationes, quasi numero, quia opponuntur formaliter candori, ut res diuersi generis; quia enim similitudo, & candor sunt diuersi generis, hæc similitudo, & hic candor sunt duo individua aliquantulum numero distincta: similitudo autem, & similitudo non possunt esse in candore eodem individua distincta cum sint idem candor, & res eadem. Itaque cum duæ similitudines in candore eodem nō distinguantur numerica distinctiōne, quia sunt res eadem; neque formaliter, quia sunt eiusdem speciei: conficitur, ut nullatenus distinguantur; sed vna sit similitudo, non duæ. Aduersarij autem nullā causam indicant numeri relationū eiusdem speciei in subiecto eodem; sed rem agunt argumentis petitis aliunde, quæ erunt cap. sequenti refellenda.

Secūda verò opinio, quæ videtur esse media, minus est consentanea rationi, quàm duæ extrema. Nam argumenta Ioan. Scoti siquid probant, vniuersim probant, plures relationes exigi in relato eodem, quibus ad plura referatur; ergo etiam Filius ad Patrem, & matrē pluribus relationibus refertur: quod facile erit ostendere coaptando argumēta, quæ cap. sequenti proponemus pro Scoto ad

**A** hoc etiam probandum, quod Filius duabus relationibus referatur ad Patrem, & matrem; scilicet, quod Pater, & mater sunt duo relata adæquata, sicut duo similia: quod item alia ratione ad Patrem, alia ad matrem referatur: & quod cessante relatione ad Patrem per obitum eius, adhuc referatur ad matrem, alia scilicet relatione. Cui argumento responsio illa nequaquam facit satis, quod filiatio tū maneat defuncto altero parente; quia ab utroque parente simul pendet, eò quod sit genitus ab utroque; & idcirco eandem relationem manere, dum alter

**B** parens superstes est. Hæc, inquam, responsio nullius momenti est; nam ex eo quod ab utroque pendet, colligendum potius esset, quod nō maneret, nisi utroque superstiti. Et confirmatur, ex eo enim quod vnum relatum pendet à duobus relatis oppositis per accidens, cum posset pendere ab vno solo, refertur tamen (ut aiunt) ad illa duo relata duabus relationibus; verbi gratia vnum simile ad duo similia: refertur enim per accidens ad duo, quia posset referri ad vnū solum, si vnum solum esset eius correlatiuum; sed filius per se pendet à duobus; ergo refertur ad duo duabus relationibus. Probatur consequentia, magis enim pendet filius à duobus, cum per se pendeat ab illis, quam simile, quod pendet à duobus per accidens: si ergo omne relatum pendens à pluribus, refertur pluribus relationibus; multò magis illud, quod pendet à pluribus per se. Et explicatur hoc, nam modus per se, & necessarius non mutat numerum, aut vnitatem entis, imò confirmat: si ergo vnum relatum ad plura, habeat relationes plures; certè per hoc, quod per se, & necessario

**C** respicit plura, non mutatur numerus relationum, imò est per se & necessarius. Adhuc verò ex alia parte improbat hanc opinio, quoniam filius pendet per se à duobus duntaxat secundum generationem; generatio autem est conditio fundandi relationem, quæ conditio transit; ipsum verò fundamentum manet, scilicet forma geniti in filio, & in Patre, aut matre forma generantis. Cum ergo relatio sit forma manens, pendensque à fundamento manente, quæ in relatis oppositis simul exigit fundamenta manentia, non magis censenda est filiatio pendere per se à pluribus, quàm similitudo: quia p

**D** respicit plura, non mutatur numerus relationum, imò est per se & necessarius.

Adhuc verò ex alia parte improbat hanc opinio, quoniam filius pendet per se à duobus duntaxat secundum generationem; generatio autem est conditio fundandi relationem, quæ conditio transit; ipsum verò fundamentum manet, scilicet forma geniti in filio, & in Patre, aut matre forma generantis. Cum ergo relatio sit forma manens, pendensque à fundamento manente, quæ in relatis oppositis simul exigit fundamenta manentia, non magis censenda est filiatio pendere per se à pluribus, quàm similitudo: quia p

Primum.

Secundum.

Tertium.

Responsio.

Refutatur.

Confirmatio argumentorū. Si relatum pendens per accidens à pluribus relatis, refertur ad illa pluribus relationibus, à tortiori quod per se pendeat à pluribus sic refertur.

Modus per se, & necessarius non mutat numerum, aut vnitatem entis, imò confirmat.

4. arg. Filius pendet per se à duobus duntaxat secundum generationem.

Relatio est forma manens, pendensque à fundamento manente.

Refellitur.

Incredibile est quod eiusdem speciei sint duo individua distincta non reali numero, sed formaliter.

Probatur. 1. Formaliter id est ac definitione, & specie.

Probatur 2. In Deo relatio & relatio opponuntur.

In eodem candore similitudo & similitudo non ita.

Candor & similitudo distinguuntur, quasi numero, quia opponuntur formaliter, ut res diuersi generis.

11. 2. sententia improbat ex argumētis Scot. cap. 18. proponendis.



accidens est ad relationem filij, quòd referatur ad vnum, vel ad duos; sicut per accidens est ad rationem similis, quòd referatur ad vnum simile, aut ad plura. Vel ergo dicendù est cum Scoto omne relatum ad plura relata pluribus referri relationibus. Vel quòd verù est cù S. Th. sentiendum, relatum vnius speciei vna relatione indiuidua effectum esse.

Illud etiã probabiliter asserim<sup>9</sup>, quòd quamuis vnum relatum ad plura specie distincta referatur pluribus relationib<sup>9</sup> specie distinctis; quia relationes oppositæ ad inuicem definiuntur, & nõ potest simile referri ad æquale, sed ad simile simile, & ad æquale æquale: tamẽ quando sunt correlatiua essentiali ordine coniuncta, vna relatione referatur aliquid ad plura, v. g. si indiuiduum eadem relatione dicatur referri ad speciem, & genus; & genus relatione eadem ad speciem, & indiuiduum; & vox ad cõceptũ, & res significatione eadem referatur, quæ tamẽ sunt relationes rationis: & idcirco filius quoque referatur ad Patrem, & matrẽ relatione eadem; quia relationes Patris, & matris etiam si sint specie distinctæ, vt S. Thom. ait q. 31. art. 5. sunt tamen quasi partiales, & ordine generationis coniunctæ, vt Thom. Caiet. ibidem commentatur. Quòd intelligendum est non variata specie relationis: nam filius per patrẽ referatur ad auum, sed referatur relatione alia, non filij, sed nepotis. Quòd si placet has relationes esse specie distinctas, erunt quoq; numero, siue indiuiduo distinctæ.

CAPVT XVIII.

Argumenta refelluntur.

**P**RO partibus Ioan. Scoti arguitur: Relatum æquẽ referatur ad omnia relata opposita; ergo quodlibet illorum est illi adæquatè oppositum; ergo singulis relationibus referatur ad singula.

Secundò: Pater est simul tempore, & naturã cum filio primo; & est illi posterior tempore, & naturã filius secundus: sed relationes sunt simul tempore, & naturã: ergo alia relatio Patris est, quæ est simul cum filiatione prima, & antecedit secundam; alia verò est in patre relatio, quæ simul naturã est cum secunda filiatione.

Tertiò arguitur: Pater alia, & alia ra-

tionem referatur ad vnũ, & alterum filium, scilicet propter generationes distinctas; sed ratio referendi est ipsa relatio; ergo alia & alia relatione ad vtrũque referatur.

**Q**uartò: Per primam generationem aduenit Paternitas generanti; sed secunda generatio est eademmet causa relationis; ergo per secundam generationem aduenit quoque paternitas; & non eadẽ; ergo distincta. Confirmatur, quia alio filio mortuo paternitas desinit; & nõ desinit illa, quæ est ad filium superstitem; ergo alia: sunt igitur plures relationes in subiecto eodem.

**Q**uintò: Forma corrupta per naturã redire non potest, quòd etiam de relationibus sentit S. Thom. quodlib. 4. art. 5. & 4. contra gent. cap. 81. si igitur primogenitus moriatur, paternitas in parente simul interit; & deindẽ suscepto alio filio redditur illi paternitas: vel ergo sunt illæ paternitates duæ, vel eadẽ paternitas quæ interierat, excitatur, & redit.

**S**extò: Qui cognoscit vnum relatum numero determinatum cognoscit etiam eius oppositum, vt docet Arist. in predicam. cap. de relatione; sed qui cognoscit Ionã habere filiũ Cephã, cognoscit indiuiduã paternitatẽ Ionæ ad Cephã, & nõ cognoscit (vt accidit) paternitatẽ eius ad filios alios; ergo sũt paternitates plures.

**S**eptimò: Pater prima paternitate respicit per se primò filium primũ; ergo eadem paternitate non respicit secundũ. Probatur: quoniam id, quòd est per se, imò primò, & per se, non variatur. Et cõfirmatur, quia impossibile est quòd paternitas, quæ per se primò respicit primogenitum; eo vita defuncto, referatur ad secundam, & non simul intereat cum primo, quem per se primò respicit.

**O**ctauò: Idem fundamentũ potest fundare relationes specie distinctas, quæ magis distant; ergo potest fundare relationes numero distinctas, quæ minus distat. Et confirmatur, quoniã sicut paternitas fundatur in generatione, ita hæc paternitas in hac generatione: sed sunt generationes plures; ergo & paternitates plures. Quòd si respondeas nõ addi relationem nouam, sed præcedentem augeri.

**N**onò arguitur contra id augmentum relationum; Omne enim augmentum habet ordinem partium, vt ordinem intentionis graduum, vel ordinem extensio-

non autem  
est ratio  
omnibus  
12.  
Vna relatione  
referatur ali-  
quid ad plura  
correlatiua spe-  
cie distincta,  
quãdo sunt es-  
sentiali ordine  
coniuncta.  
Exempla.

S. Thom.

Caiet.

1. argum.

2. argum.

3. argum.

4. argum.

Confirm.

5. argum.

S. Thom.

6. argum.

Qui cognos-  
cit vnum rela-  
tum numero  
determinatũ,  
cognoscit etiã  
eius oppositũ,  
Arist.

7. argum.

Confirm.

8. argum.

Confirm.

9. argum.



nis: relatio autem æquè respicit relationes omnes oppositas, nõ magis, aut minus, vt probatũ est. Et confirmatur, quia ita potest existere paternitas ad primum filium relata sine augmento ad secundũ; sicut ad illum secundum relata potest existere defuncto filio priori: ergo relata ad filium priorẽ non accipit augmentum, sed aduenit relatio distincta ad filium secundum.

Vltimò idem probatur, quoniam relatio non differt ab absoluto, nisi ex natura rei, vt docuimus; & tamen est res distincta, & non eadem numero; sed augmentum istud relationis si reale est, etiã distinguitur à relatione ex natura rei; ergo distinguitur etiam numero; & ita sunt relationes plures numero.

*Aduertenda.*

**E**orum qui asserunt cum S. Thom. in vno relato vnã esse relationem ad plures terminos, quidam ponunt eã formã simplicem omninò: sed difficile respondent ad argumenta. Quidam verò meliùs aiunt esse formã extensam: quod mihi maximè persuadeo, eò quòd existimem nihil nouum esse in rerum natura absque aliquo augmento entis. Cum ergo is, qui iam erat pater aliorum filiorũ, edito filio efficiatur de nouo pater istius filij, hæc nouitas in natura rei non accedit absque vllò additamento entis; ipsa verò paternitas præexistens augetur, & dilatatur re ipsa: est ergo relatio eadem, sed quasi extensa. Et confirmatur, quia Petrum esse patrem filij posterioris, est aliquid reale absque dubio, non minus quàm quòd sit pater filij maioris natũ; esse autem patrem est effectus formalis alicuius formæ; sed paternitas, qua hic erat pater maioris vt sic, non est forma dans esse patrem minoris. Cũ ergo duæ formæ non sint, oportet vt sit forma eadem coaugmentata, & extensa. Habemus autem exemplum dilatationis etiã in formis, quæ materiæ sunt expertes, qualitas enim aliqua spiritualis dilatatur, vt scientia, quod docet S. Thom. 1. 2. Ad hæc obseruandum est, quosdã asserere relationem esse formam intensam, vt albedinem intẽsam dicimus. Sed meliùs alij intẽsam negant, & extensam affirmant: Probatur euidentèr, quoniam in intensione est magis, & minus inuenire, vt magis, vel minus candidum: per hoc

**A** autem, quòd relatum refertur ad plura, non est magis relatum; neque est magis simile quod habet plura similia; ergo per hoc, quòd refertur ad plura, non intenditur, sed dilatatur relatio, vt ipsum nomen demonstrat; ad plura enim est dilatatio quædam.

Adhuc aduertendum est, quòd alia extensa habent partes extremas coherentes per medias; quare medijs intercisis extremæ desinunt esse cõtinuæ; vt cernimus in quãtitate; & in sciẽtia, in qua si cõtjngat error circa medias cõclusiones, vltimæ quæ fulciuntur medijs, ruit: qui enim ignorat conclusiones medias non potest scire vltimas, quæ ex medijs demonstrantur. Relatio verò dilatatur absq; vllò ordine partiũ; nam etsi ipsa relata habeant ordinẽ ortus, & interitus, relationes tamen sunt simul naturã, & absque vllò ordine. Quamobrẽ si Petrus habens plures filios amittat medios, ad priores, & vltimos ita refertur, vt antea; quia eius paternitas est extensa absque vllò ordine partiũ: hæc enim extensio est singularis relatis; sicut & ratio relatorũ singularis est solis relatis propria: neque hoc est incredibile. Nam sicut intensio qualitatis est, etiam in mentis meditatione, quædã dilatatio gradualis, quasi dilatatio perfectionis, absque vllò ordine partiũ gradualium; ita & relatio non intenditur secundum magis, & minus, sed extenditur ad plura absque ordine extensionis.

Præterea explicandum est id quod S. Thom. nõ nunquã asserit, vnum relatum respicere plures terminos pluribus respectibus. Cum enim respectus, & relatio idẽ sit, videtur Auctor à se ipso dissidere; siquidẽ modò ait pluribus respectibus referri, modò vna sola relatione referri relatum idẽ. Thom. Caiet. 3. p. q. 35. art. 5. cõmentatur quòd ijs in locis S. Thom. loquatur de relationibus rationis: est enim verissimũ, quòd idem relatum, dum intellectus comparat illud cum diuersis; diuersis relationibus rationis illud comparat; nam & cõparatio relatio quædam est. Possumus quoque dicere in relatione vnã indiuiduã esse plures relationes non actu, sed quasi potentiã; sicut in vna sciẽtia sunt plures quasi partes ad conclusiones plures. Quemadmodum enim ipsa qualitas extenditur, ita & relatio: & sicut partes quantitatis non distinguuntur inter se numero, quia

Ad plura non est intensio, sed dilatatio.

13. 3. aduert. Alia extensa habent partes extremas coherentes per medias, Exemplum quantitatis, & sciẽtia.

Relatio extensa absque vllò ordine partiũ, est simul naturã vna relatio cum alia.

Hæc extensio est singularis relatis.

Sic intensio qualitatis est quædam dilatatio gradualis seu dilatatio perfectionis, absque vllò ordine partium gradualium.

14. 4. aduert. S. Thomæ assertum: Vnũ relatum respicit plures terminos pluribus respectibus.

1. explicatio Caiet. de pluribus respectibus rationis.

2. explicatio: de pluribus relationibus, nõ actu, sed potentiã.

Confirm.

10. Vltimum.

11. 1. aduert. In 3. sententia quidã ponunt relationẽ formã simplicem, Alij meliùs extensam. Probatur. Nihil nouum in rerum natura absque aliquo augmento entis.

Confirmatur. Esse patrem filij posterioris est aliquid reale, sicut & maioris natũ.

Exemplum dilatationis in sciẽtia. S. Thom. 1. 2. 2. aduert. Quidã ponunt relationẽ formã intensam. Alij meliùs nõ intensam, sed extensam. Probatur euidentèr.



quia non sunt plura individua; ita hæ relationes non sunt plures numero, sed vna est numero relatio, has omnes complexa quasi partes: magis tamen placet Caietani sententia, quæ est magis verisimilis, & credibilis, quod in eadem relatione reali individua intellectus inueniat relationes plures ad plures terminos. Et ita in vna relatione reali sunt plures relationes rationis, rationis collatione inuentæ. Vel dicendum quod sunt ibi plures relationes virtute, quia ita vna paternitas refert Petrum ad plures filios, ac si essent paternitates plures.

Hoc postremum notamus, vnum relatum dici adæquatum alteri quoad speciem, non quoad numerum; sicut enim vna scientia adæquatur scibili, quoad speciem; at verò quoad numerum complectitur plures conclusiones: sic etiam vnum relatum quoad speciem adæquatur alteri, ita vt tota relatio opposita sit, & neutra alteram oppositione excedat quoad speciem; neq; enim Pater refertur ad filium, & seruum, sed duntaxat ad filiam. At verò secundum numerum, cum idem pater possit habere plures filios, non adæquantur relata; quare nihil prohibet, vt eadem relatione referatur vnus ad plures,

Responsio.

**A**d primum respondetur per hæc ultima notata, quod relatum ad singula æquè refertur, hoc est, non magis ad vnum, quam ad alterum; quare etiam refertur adæquatè quoad speciem: mutaretur enim species relationis; si magis ad vnum, quam ad aliud referretur.

**A**d secundum respondetur, quod paternitas præexistens, secundum quod est re ipsa dilatata ad filium secundum, simul cum illo incipit esse.

**A**d tertium respondetur, quod nomen, ratio, aliquando significat definitionem rei, & propriam notionem; aliquando verò significat causam, aut quæuis considerationem intellectus: priori significatione pater eadem ratione refertur ad plures filios, scilicet relatione, quæ est eadem specie, imò & numero eadem. Aliàs argumentum probaret esse plures species paternitatis in eodem.

**A** Posteriori significatione idè pater propter diuersas rationes, hoc est, causas, refertur ad plures filios, scilicet propter generationes diuersas; vel etiã sub diuersis considerationibus intellectus comparantis vnum patrem cum pluribus filijs.

**A**d quartum respondetur debile esse argumentum; sicut enim secunda calefactio, cum secunda vice ignis admouetur aquæ, non efficit secundum calorem, sed præexistentem intendit: ita neque secunda generatio affert nouam paternitatem, sed præexistentem dilatat.

**B** Ad confirmationem respondetur similiter, quod sicut amoto igne calor remittitur; sed non totus extinguitur: ita altero filio vitæ defuncto non interit tota paternitas, sed coarctatur relata solum ad superstitem: dicimus autem paternitatem coarctari, hoc est, fieri minus extensam, sicut calorem dicimus remitti, hoc est, fieri minus intensum.

**C** Quintum argumentum valde futile est; paternitas enim, quæ semel interit, nunquam redit; sed alia numero distincta emanat; mortuo enim priori filio, & nondum nato secundo, paternitas definit esse; posthac nato filio alia numero paternitas profilit; sicut de candore, aut quouis accidente alio dicendū est; neq; enim omnis paternitas in vno homine est eadem numero, si tempore interpolatur: sicut neque idem candor, si medio tempore homo desijt esse candidus.

**D** Ad sextum respondetur, quod Arist. eo loco non disputat de cognitione relationis singularis; sed de natura comuni relationis, quæ in subiectis singularibus exercetur, & perspicitur: qui enim nouit definitè octonarium, nouit esse duplum ad quaternarium; ad quam cognitionem nihil interest notitia de individuo. Sed etsi de relatione, vt singularis est, loqueretur Aristot. ex eius verbis arguendo nihil conficitur. Si (inquit) non nouit omninò ad quod hoc aliquo modo se habet, neq; si ad aliquid hoc aliquo modo se habet, nescit. Hoc est, si correlatiuum singulare omninò non nouit, neque relatum singulare noscet. Rectè quidem Aristot. sed adhuc verum est, quod, qui nouit aliquod correlatiuum singulare, etsi omnia nouerit, bene potest singulare relatum nosse, vt ratio ipsa commonstrat. Idcirco enim Arist. dixit,

Non est eadem ratio, id est, causa, vel consideratio.

19. Ad 4. arg.

Paternitas dicitur dilatare. Ad confirm.

Dicitur coarctari.

20. Ad 5. arg.

Paternitas tēpore interrupta nō redit eadem numero, sed alia. Exemplum.

Ad 6. argum. ex Aristot. 1. explicatio

2. explicatio expēdens formalia verba.

Huic i. explic. præfertur.

3. Explicatio. De vna relatione virtute multiplici.

15.

5. Aduert. Vnum relatum dicitur adæquatum alteri quoad speciem, non quoad numerum.

Exemplum scientiæ adscibile.

16.

Ad 1. arg. Relatum ad singula æquè refertur, ac proinde adæquatè quoad speciem, vt n. 15.

Ad 2. arg.

18.

Ad 3. argum. Eadem est ratio, id est, definitio, seu species, imò & numerus relationis, qua pater refertur ad plures filios.



3. Explicatio.

22. Ad 7. arg.

Ea que sūt per se no omnia ad sequantur.

Pater ad primogenitū refertur per se primo, ordine generationis Non per se primo, hoc est, ad æquatē secundum numerū, vt n. 15.

Caietani dictum: Pater refertur principaliter ad 1. genitum: iure politico verū est, ex natura rei fallum.

Ad confirm. similiter.

23. Ad 8. arg. Predicatione magis distant species, quā individua eius. & quoad subiectum eod. tra.

Ad confirm.

qui correlatiuum omninò nō nouit, hoc est, qui nullum correlatiuum nouit. Infimū autem est adhuc argumentum, quia quibusuis Aristot. id verbis dixisset, facilis erat interpretatio; quòd is, qui nouit relationem singularem cum toto suo singulari augmento, omnia opposita nouerit necesse esse.

Ad septimum respondetur, quòd relatum per se respicit relatum, & hoc relatum per se hoc relatum; sicut artifex per se ædificat; & hic artifex per se hoc ædificat, potest tamen ædificate per se plura: nam ea, quæ sunt per se, non omnia adæquantur, vt homo est per se animal, & non sunt adæquata; vniuersalius enim est animal. Cum autem dicitur, quòd pater per se primò refertur ad primogenitum, distinguendum est; si enim, primò, significet ordinem generationis, conceditur: sed ille ordo in relatione nihil est, nisi ordo rationis à nobis consideratus. Si verò, primò, significet adæquationem secundum numerum, negatur, vt diximus. Thom. verò Caiet. ait patrem referri principaliter ad primogenitum; & quidē iure politico id verum est; sed ex natura rei id non videtur esse verum: nam etsi paternitas sit effectus primæ generationis, non ideo tamē magis ad primogenitum refertur, quā ad posteriores filios, sed peræquē omnes respicit, & est etiam paternitas secundæ generationis effectus; si prima intereat, vt accidit. Per eadem respondetur ad confirmationem; quoniam paternitas non adæquatur filio primo, vt illo diem obeunte intereat manentibus alijs, neque in hoc sensu per se primò refertur ad illum primum.

Ad octauum respondetur, quòd prædicatione quidē magis distāt species, quā individua; quia individua conueniunt in ipsis speciebus, quæ inter se distant: re tamen ipsa, individua eiusdem speciei magis distant, quā species; quia individua distinguuntur materiā, & oportet vt sint in diuersis subiectis: species autem distinguuntur formalitèr, & possunt esse in materia eadem. Et idcirco idem fundamentum potest fundare relationes specie distinctas; non autem relationes eiusdem speciei, distinctas solo numero, quæ re ipsa magis distāt. Ad confirmationem respondetur, quòd cōditio fundandi pertinet ad causam rela-

tionis, à qua non sumitur vnitas numerica, sed à subiecto: licet enim dum calor denuò intēditur, pendeat per se primò ab agente secundo, vt Arist. ait 22. Metaphysic. non est tamen distinctus à calore præexistente, quia est in subiecto eodem; ita licet paternitas dilatata ad filium secundum, pendeat per se primò a generatione secunda; non ideo tamen est distincta paternitas, sed eadem.

Ad nonum respondetur negando antecedens, quòd omne augmentum habeat ordinem partium: nam calor intensus sola acquisitione augmenti procedit ab imperfecto ad perfectum; sed non seruat partes augmenti distinctas, alias imperfectas, alias perfectas: & eodem modo relatio extenditur à minori ad maiorem extensiuè; sed augmentum non habet partes ordine extensas: quare nō magis respicit vnum relatum, quā aliud. Ad confirmationem respondetur, quòd paternitas verbi gratia, semel acquisita potest augeri, & defuncto filio priori manet eadē, quia est forma quædam individua, cuius essentia est referri: ad hoc autem, & ad illud referri, est accidens huic individuo. Et ita mortuo primo filio mutatur individua relatio secundum accidens: negatur ergo consequentia, eò quòd paternitas maneat defuncto filio priori, quòd non sit paternitas eadem, quæ fuerat extensa, cum enim extensio hæc non habeat ordinem, ita decrescit paternitas extincto filio priori, sicut secundo filio obeunte.

Ad vltimum respondetur concedendo, quòd relatio distinguitur ex natura rei ab absoluto, & ex natura rei à suo augmento: sed ab absoluto differt specie, imò genere, ideo sunt res numero distinctæ; at verò à suo augmento non differt specie, neque genere; ideo non differunt numero: augmentum enim individui extensi est in eadem specie, & individuo; de qua accidentaria differentia augmenti dicendum idem, quod de intentione qualitatis placuerit.

CAPVT XIX.

Dei ad creaturas relationes sunt rationis, non reales.

DE relationibus creatis ea tractauimus, quæ disputationi de diuinis relationibus

Calor dum de nuò intēditur, pendet per se primò ab agente secundo.

Aristot. Tamen nō est distinctus à calore præexistente, quia est in subiecto eodē.

24. Ad 9. arg. Nō omne augmentum habet ordinē partiu.

Ad confirm.

Ad hoc, & ad illud referri est accidens huic relationi individui.

25. Ad vltimum, Relatio distinguitur ex natura rei à suo augmento: non tamen specie, neque genere, & ideo nec numero.



relationibus inferuire visa sunt. Et quia naturali notione Deum ex creaturis agnoscimus: Primò quæritur vtrum relationes Dei, quibus ad creaturas Deus refertur sint reales, an rationis? Quòd autem sint Dei ad creaturas relationes quædam, procùl est à dubio; relatione enim dicitur Deus Dominus, Magister, Creator, &c. Et de ijs relationibus controuersia est, vtrum sint reales relationes? Et quidem ij, qui relationes transcendentis esse in rebus affirmant, has quoque attribuunt Deitati: aiunt enim scientiam diuinam referri ad res scibiles creatas reali relatione transcendente, & potentiam diuinam simili relatione reali referri ad res posibles. Nobis verò relationes transcendentis excludere visum est necessarium. Sed est præterea opinio ista noua, qua nouitate iam displicet: etsi enim in rebus creatis cogitemus relationes transcendentis, quia cernimus res quasdam absolutas suapte natura ordinatas ad alia, ita vt sine alijs non possint intelligi; tamen scientia Dei, aut potentia non ordinatur ad res creatas, quia Deus est alterius ordinis, vt S. Tho. frequentè admonet. Præterea nequaquã tutum est dicere, quòd diuina essentia sit vera relatio realis, cuius totum esse quatenus relatio est, sit ad creaturas; maximè cum S. August. in libris de Trinit. creberri- mè testetur Deitatem esse rem absolutam, & non esse relatiuam; cum quo cæteri Patres consentiant: qui autem relationum transcendentium auctores sunt, eas esse aiunt huiuscemodi, scilicet veras relationes essentialitèr ad aliud relatas.

Sed & de ijs relationibus Dei ad creaturas, quæ non sunt transcendentis, sed sunt puræ relationes secundum esse, relatiuis nominibus formalitèr significatæ, vt Dominus, Creator; sunt qui existimant eas esse relationes reales. Durand. in 1. d. 30. q. 3. vocat has relationes reales sola appellatione, vt & idem sentire videtur Thom. Caiet. de qua re iam antea disputauimus. Reales relationes eas esse opinantur Gabriel. d. eadem q. 5. & Greg. Arim. d. 28. q. 3. art. 1. Marsilius in 1. q. 32. art. 1. cum alijs. Idem sentit Paul. Soncin. 5. Metaphisicè q. 25. ar. 4. & d. 30. q. vnica, art. 3. non dissentit.

Nihilominus firmitèr cõstituendum

**A** est, non esse relationes has reales, sed rationis; quæ est cõmunis Theologorum sententia, imò & Patrum. Obseruandù est autem, quòd relationes Dei ad creaturam duplici differentia continentur; quædam enim æternæ sunt, quædam temporis vicissitudine eueniunt, & mutantur: æternæ quædam sunt etiam absolute necessaria, quas deprehendimus in diuina essentia collocata cum omni intelligibili, & in diuina potètia cum omni re possibili comparata; nihil enim à Deo non scitum est, nihilque est intellectu entis contentum, quod effici à Deo non possit: dum ergo singula intelligibilia mente apprehendimus, singulas relationes scientiæ diuinæ ad illa intelligibilia meditari necesse est; non tamen scientia diuina conformatur intelligibilibus, vt inde oriatur relatio in diuina essentia realis, sed potius intelligibilia conformantur cum diuina scientia, vt antea disputauimus. Quòd si practica sit scientia, conformatio rerum ad scientiam fundat relationem realem in rebus; nullo autem modo scientia Dei est mensurabilis per scibile: non est ergo in scientia diuina realis relatio, iuxta præscripta superius tradita. Aliæ sunt relationes Dei ad creaturas, æternæ quidè, sed non absolute necessaria, quia pendunt à voluntate diuina; scilicet relationes, quæ sequuntur voluntatem liberam, in quibus etiam numerandæ sunt prouidentia relationes, prædestinationisque, & reprobationis, quas simili ratione probamus non esse reales relationes, sed rationis; quia sequuntur actiones diuinas immanentes, quæ in Deo nullatenus pendent ab obiecto, neque ei cõformantur; sed potius sunt norma, & mensura obiectorum; scientia autem Dei circa proprium obiectum, quod est essentia, non habet relationem cõformitatis, sed potius identitatis: quia idem est scientia, & scibile, estque ea relatio rationis.

**D** Relationes denique aliæ in Deo sunt temporis decursu mutabiles, quia consequuntur aliquem effectum diuinæ potètiæ; ex eo enim quòd docet nos, dicitur Magister; ex eo, quòd gratiam nos exornat, dicitur Pater filios adoptans: & cum Deus sit prima causa, innumeris relationibus relatus est ad effecta.

Qua in re mirum est quòd quidè pu-  
tauerint S. Thom. dixisse 1. p. q. 32. a. 2.

Ad probatione  
1. Aduert.  
Relationes Dei  
ad creaturas  
quædam sunt æ-  
terna, quædam  
temporales.  
Æternarum aliæ  
absolute neces-  
sariæ.

Aliæ non abso-  
lute necessariæ.

4. Temporales;

5.

2 Aduert.  
Falsa sent im-  
Deum posita S. Tho.

Assertio certa  
Dei ad creatu-  
ras sūt relatio-  
nes.

Quest. Vtrum  
sint reales?

Opinio ponē-  
tiam transcen-  
dentes ad crea-  
turas.

Improbatur 1.  
vt cap. 1.

Secundò, quia  
noua,

Tertiò, quia  
minùs tuta.

Deitas non est  
vera relatio cu-  
ius totum esse,  
quatenus rela-  
tio est, est ad  
creaturas.

S. August.

2.

De puris rela-  
tionibus.

Prima sent.

Durand.

Caiet.

2. Sentent.

Gabriel.

Arimin.

Marsil.

Soncin.

3.

3. & vera sent.  
in tit. asserta.



quod Deus re-  
feratur ad crea-  
turas sola vna  
relatione vni<sup>9</sup>  
speciei.

Ad eius dictū  
falsa explicatio  
improbatur.

Probatur im-  
probatio.

Vera explic.  
Omnes creatu-  
rę sub hac ra-  
tione referun-  
tur relatione  
vnius speciei,  
scil: relatione  
creaturę.

Argumentum  
Præpositiui.

Responsio  
S. Thomę  
continens ve-  
ram explicatio-  
nem.

6.  
3. Sententię  
1. probatio ex  
Comment.

Deus est men-  
sura omnium  
rerum.

Relatio męsu-  
rę est rationis:  
Ostenditur 1.  
in Deo męsu-  
rę, vt est cau-  
sa exemplaris.

2. Vt est finis  
vltimus.

3. vt est agens  
infinītum, atq;  
adeo mensura  
excedens.

Deum referri ad creaturas sola vna re-  
latione vnius speciei, ita vt relatio crea-  
toris, & domini sint eiusdem speciei in  
Deo: non enim ita intelligendus est S.  
Thom. cum dixit omnes creaturas sub  
vna ratione referri ad Deum, vt sunt  
creaturę ipsius; quasi in rebus creatis  
omnis relatio sit creaturę ad creatorē,  
& non sit relatio seruitutis, & alię, quę  
sunt diuersę, quod ibidē ille docet; imō  
addit sanctus Doctor non esse inconue-  
niens in Deo multiplicare relationes  
rationis in ordine ad creaturas. Igitur  
intelligendum est id, quod ipsa verba  
sonant, omnes creaturas sub hac ratio-  
ne referri relatione vnius speciei, quę  
est relatio creaturę. Et hoc verissimum  
est. Dicebat autem Præpositiuius, quod  
sicut creator vna relatione creatoris re-  
fertur ad hominem, & leonem, qui spe-  
cie differunt; ita Pater vna relatione re-  
fertur ad Filium, & Spiritum Sanctum,  
quamuis ij sint nominibus distincti. Cui  
respondet S. Thom. relatiua specie di-  
stincta exigere terminos specie distin-  
ctos; homo autem, & leo, licet sint res  
specie distinctę, tamen in ratione crea-  
turę referuntur ad Deum relatione eius-  
dem speciei, scilicet relatione creaturę;  
& ita terminatur relatio ad creatorem,  
quę est opposita relatio vnius speciei:  
sed Filius, & Spiritus Sanctus sunt duo  
relata diuersę speciei; ergo & in Patre,  
ad quem referuntur, est duplex relatio  
diuersę speciei, terminans duas illas re-  
lationes oppositas.

Quod igitur hę relationes Dei ad  
creaturas reales non sint, potest proba-  
ri primò ex illo pronunciato Commen-  
tatoris 10. Metaphysic. quod Deus est  
mensura omnium rerum; relatio autem  
mensurę est rationis, non realis: itaque  
Deus, vt causa exēplaris, mensura est, &  
princeps typus, qui ad imaginem nō re-  
fertur relatione reali: at verò vt finis vl-  
timus, mensura est rerum omnium, quę  
reali relatione ordinantur ad finem; fi-  
nis autem ad media relatione reali non  
refertur. Denique etiam vt agens, est  
mensura: cętera enim agentia confor-  
mata, siue proportionata sunt suis effe-  
ctibus; quia habent definitam virtutem,  
& efficaciam; & idcirco referuntur rela-  
tione reali ad effectus suos: agens autē  
infinītum agit, vt mensura excedēs nul-  
lo modo coadęquata effectui; & ideo

A non refertur ad illum, sed potius refert  
effectum ad se, dans illi totum esse, &  
manens extra esse effectus, & extra to-  
tum genus. Et vt vno verbo dicā, Deus  
non refertur relatione reali ad creatu-  
ras; quia non est eiusdem ordinis. Quam  
eamdem ob causam scibile ad scientiam  
non refertur, vt antea docuimus.

Explicatur hoc argumentum ratione  
elegantissima à S. Tho. accepta de po-  
tent. q. 7. art. 10. Ea enim relatio realis  
non est, quę bonum aliquid non est: id-  
circo enim probamus aliquid esse reale  
ordinem exercitus, quia bonum est or-  
do ipse, & dispositio exercitus, vt ait  
Aristot. 12. Metaphysic. tex. 52. Ea ergo  
agētia reali relatione referuntur, in qui-  
bus hoc ipsum, quod est agere, bonū est;  
quę sunt agentia creata, quę perficiun-  
tur agendo. Cum enim definitum esse  
habeant, comunicādo illud, quodam-  
modò se se ipsa dilatant, & effectus est  
aliquid operantis, vt potē eodem gene-  
re contentum: hęc autem perfectio a-  
gentis non absoluta est; nihil enim agē-  
do acquirit ad se, sed ad aliud: ergo re-  
latio, quę est ad aliud, est perfectio ali-  
qua, & bonum aliquod in agente; ergo  
est realis relatio. Cum autem Deus sit  
extra totum genus entis, agendo non  
perficitur, sed res ipsas perficit; non er-  
go refertur reali relatione ad res effec-  
tas: nulla autem relatio est in Deo ad  
creaturas, nisi vt causę, & mensurę: nam  
Deus non est similis, neque conforma-  
tus rebus, sed res ipsę assimilatur Deo,  
vt imago exemplari; relatio autem di-  
uersitatis, & alię, quę fundantur in nu-  
mero, non sunt etiam reales inter Deū,  
& creaturas; quia numerus est rerū eius-  
dem generis; Deus autem extra omne  
genus est. Ex quibus etiam colligitur,  
quod Paternitas diuina est relatio realis  
in Deo, quia est perfectio; optimum e-  
nim est Deo generare Deum. Necessē  
est ergo, vt relata realia sint eiusdē or-  
dinis, quod supra docuimus: ergo rela-  
tio Dei ad creaturas, sicut non est bonū  
diuinum, ita neque relatio realis est.

Eadem veritas probatur efficacius:  
relationes enim æternę ad res possibili-  
les non sunt reales, cum inter ens, & nō  
ens relatio realis non sit: sunt enim re-  
lata simul naturā, vt docuimus; rela-  
tiones autē ad res effectas, si essent rea-  
les, haberent esse reale; & cum adueni-  
rent

2. Probatio:  
Deus non est  
eiusdē ordinis  
cum creaturis.

7.  
Declaratur ex  
S. Thomę.  
Ea relatio rea-  
lis non est, quę  
bonum aliquid  
non est in re-  
lato.

Arist.  
Agere bonum  
est, & perfectio  
in agētib; crea-  
tis: nam cū esse  
definitū, & in-  
tra genus ha-  
beant, illud  
comunicando,  
se ipsa quodam  
modo dilatant.  
Agens agēdo  
nihil acquirit  
ad se, seu ab-  
solutum, sed ad  
aliud.

Nulla relatio  
Dei ad creatu-  
ras potest fingi  
realis, nisi vt ca-  
usę, & mensurę.  
Ostenditur 1.  
de similitudi-  
ne, &c.

2. de diuersitate  
Numerus est  
rerū eiusdē ge-  
neris.  
Illatio ex de-  
claratione.  
Paternitas di-  
uina est rela-  
tio realis in  
Deo.

8.  
3. Probatio ef-  
ficacior.

Si in Deo essēt  
relationes rea-  
les ad res effe-  
ctas, nouū esse  
rent



reale afferrent, esse afferrent, illudque creatum, & cau-  
 & inhærens: sicut illudque creatum, & cau-  
 atque adeo af- fatum, & pendens, & inhærens; neque e-  
 ferret mutabi- nim hoc esse relationis aduenientis ef-  
 licatem, & cõ- set ipsum esse diuinum æternum, siquidẽ  
 positionem. eaz relationes in tempore aduenirent.  
 Quapropter esset Deus mutabilis, vel  
 secundum substantiam, vel secundũ ac-  
 cidens; essetque compositus ex relatio-  
 nibus aduenientibus, & præexistẽte na-  
 tura diuina: quæ omnia cum ratione na-  
 turali euidenter pugnant.

9.  
**Obiect.**  
**Responsio.**

Quod si obijcias humanitatem adue-  
 nisse Verbo in tempore, & personam  
 Christi esse compositam, & ita posse ad-  
 uenire Deo relationes reales. Respon-  
 detur humanitatem esse rem creatam,  
 quæ assumpta est à persona increata, qd  
 lib. 1. declarauimus. Esset ergo quæstio  
 similis, an relationum creatarũ quæ sũt  
 in rebus creatis, posset aliqua assumi, vt  
 existeret per existentiam diuinam; ita vt  
 esset accidens quoddam creatum, sepa-  
 ratum tamen à substantia creata, & exi-  
 stens in Deo. Quæ etiam quæstio futilis  
 est, & videtur hoc impossibile; relatio e-  
 nim sine fundamento non potest inue-  
 niri: illæ autem relationes, quæ sunt  
 in fundamento, extincto fundamen-  
 to intereunt; & non possunt assumi à  
 Deo in vnione aliqua reali; quia non po-  
 test intelligi, quod existat relatio sine fũ-  
 damento: sed neque vllum accidens vi-  
 detur posse vniri Deitati reali vnione:  
 maximè verò affirmandum est, non ita  
 posse accidens Deo vniri, vt ab eo acci-  
 dente tribuamus Deo appellationem  
 accidentariam, verbi gratia, quod sit al-  
 bus albedine assumpta, sicut assumpta  
 humanitate est homo.

Relationes si-  
 ne fundamẽto  
 non sunt, & eo  
 extincto inte-  
 reunt, & non  
 possunt assumi  
 à Deo in vnio-  
 ne aliqua reali.  
 Nullum acci-  
 dens potest as-  
 sumi, maximè  
 ita vt tribuat  
 Deo appella-  
 tionem accidẽ-  
 tariam.

Ad 3. sententiã  
 additamentũ.  
 Nulli relationi  
 reali deitas est  
 fundamẽtum,  
 aut subiectum.  
 Probatur ex di-  
 ctis.

Quod verò ad rem attinet nulla cer-  
 te relatio fingi potest, quæ orta sit ab ip-  
 sa natura Deitatis, quasi à fundamento,  
 aut subiecto. Quia Deitas nõ potest esse  
 relatum, nisi ad creaturas; relata enim  
 distincta sunt; Deus autem non est res  
 distincta, nisi à creaturis, ad quas tamẽ  
 non refertur reali relatione, vt probatũ  
 est; ergo Deus nulla reali relatione re-  
 fertur, sed solis relationibus rationis:  
 Non est ergo Deus subiectum, aut fun-  
 damentum relationis realis: neque Dei-  
 tas refertur ad aliquid reali vlla rela-  
 tione.

Ad 3. Sent.  
 declaratio.

Præter hæc dicendum est, relationes  
 Dei ad creaturas nõ existere extra Deũ.

vt Deus dicatur relatus per illas, quasi  
 adiacentes; sicut quis dicitur esse in lo-  
 co propter locum circumstantem: si e-  
 nim relationes hæ essent extra Deum,  
 cũ non sint substantiæ, inhærent crea-  
 tis substantijs; subiecta autem relationũ,  
 quibus illæ inhærent, nominantur ab  
 iisdem: non ergo Deus refertur relatio-  
 ne creata, quæ in substantia creata in-  
 hæreat: neq; verò illæ relationes essent  
 substantiæ; quia si essent substantiæ crea-  
 tæ, essent relatæ ad Deum alijs relatio-  
 nibus, & esset infinita progressio in rela-  
 tionibus. Quæ est ratio S. Thom. 2. con-  
 tra gent. cap. 13. Præterquàm quod sola  
 relatio diuina potest esse substantia, vt  
 libr. 4. dicemus.

Sunt, qui existimant hæc quidẽm ar-  
 gumenta cõuincere, relationes has Dei  
 ad creaturas non posse distingui re ipsa  
 à Deitate, quasi additæ sint Deitati, siue  
 inhærentes sint, siue adiacentes, aut etiã  
 assistentes, quia esset Deus mutabilis,  
 & compositus. Quamobrem iuxta eam  
 opinionem, quæ relationes reales distin-  
 guit à fundamẽto saltem ex natura rei,  
 aiunt rectè concludi istas relationes Dei  
 ad creaturas non esse reales, & contra-  
 riam sententiã esse fidei dissentaneam.  
 Sed tamen si sequamur illam existima-  
 tionem non distinguentem relationem  
 realem à fundamẽto, nisi sola ratione;  
 affirmant posse defendi relationes Dei  
 ad creaturas esse reales, non tamen re  
 ipsa distinctas, sed sola ratione; nam si  
 relatio realis sola ratione distinguitur à  
 fundamẽto, potest aduenire Deo, sine  
 aliqua mutatione reali, & sine aliqua  
 compositione reali; & hoc modo non in-  
 dicatur vlla imperfectio per hoc, quod  
 relatio realis adueniat Deo.

Hæc tamen explicatio, etsi modera-  
 tio quædam sit contrariæ sententiæ por-  
 tentis in Deo relationes reales adue-  
 nientes in tempore; nõ tamen longè di-  
 stat à periculo in rebus fidei definiendis:  
 nam hi Doctores consentunt has rela-  
 tiones posse aduenire Deo, imò adueni-  
 re Deo in tẽpore, & esse relationes rea-  
 les; ergo hæ res adueniunt Deo in tẽm-  
 pore, ergo est Deus mutabilis. Neq; re-  
 fert, quod respondeant non esse res di-  
 stinctas à Deitate; nam ex eò quod sunt  
 res veræ aduenientes in tempore, cui-  
 dentissimè comprobatur esse res disti-  
 ctas à natura diuina æterna: nam hæ res  
 sunt

Dei ad creatu-  
 ras relationes  
 nõ sunt reales  
 extra Deũ qua-  
 si adiacẽtes, aut  
 assistentes.  
 Ostenditur.

S. Thom.  
 2. Sententiæ  
 moderatio tra-  
 dita à Soar.  
 disp. 47. lect. 15.

12.  
 Asserit 2. sentẽ-  
 tiã posse defen-  
 di in opinione  
 nõ distinguẽ-  
 re relationem  
 realem à funda-  
 mento, nisi so-  
 la ratione.

13.  
 Improbatur 1.  
 hoc assertũ, vt  
 inducens mu-  
 tabilitatem in  
 Deo.  
 Ostenditur im-  
 probatio.

Respons.  
 quod relatio-  
 nes reales ad-  
 uenientes Deo  
 non sunt res di-  
 stinctæ à Dei-  
 tate.



Refellitur 1. vt  
falsa sent.

Refellitur 2. si  
militet.

Refellitur 3. vt  
nō obstat mu-  
tabilitati.

Magis muta-  
tur diuina na-  
tura ab esse ab-  
soluto ad verū  
esse relatū, quā  
si velit hoc, &  
postea non ve-  
lit.

14.

Improbatur 2.  
Sequitur quod  
aliquid ens, si-  
ue res aliqua ve-  
rè diuina, &  
increata inci-  
pit esse in tem-  
pore.

Responsio.

Refellitur.

Ipsa ratio rela-  
tiua est verum  
ens reale.

15.

Proponitur  
1. sent.

Gaietan.

Fuit prius  
Durandi.

Idem vtriusq;  
argum.

Idem vtriusq;  
argum.

Idem vtriusq;  
argum.

Idem vtriusq;  
argum.

Idem vtriusq;  
argum.

sunt veræ res existentes, & fuit tempus, in quo non existebant: ergo earum existētia mensuratur tempore: ergo est existētia distincta ab existētia naturæ diuinæ, quæ æterna est. Et probatur adhuc, quia eandem rem fuisse, & non fuisse est impossibile, cum sint contradicentes; sed hæc res ante tempus non fuerunt; ergo non sunt omninò eadem cum natura æterna, quæ semper fuit. Præterea, volitio, qua Deus vult hoc, vel non vult, est res eadem, & sola relatione rationis variatur, vt tomo 2. docebimus; sed relatio ad creaturam (vt aiunt) est realis; ergo magis mutatur diuina natura ab esse absoluto ad verum esse relatū, quā si velit hoc, & postea non velit, in quo duntaxat mutatur respectus rationis, indicatur tamē naturam ipsam esse mutabilem: hæc autem mutatio secunda indicat diuinam naturam esse mutabilem; ergo & illa prima.

Adhuc efficacius arguitur; nam hæc relationes adueniētes, siquidem sunt reales, cum non fiat in Deo creatæ, sunt increatæ, & sunt veræ res diuinæ; & incipiunt esse in tempore: ergo in omni rigore loquendi est verum, quod aliqua res diuina, & increata incipiat esse in tempore. Nam etsi respondeant naturā diuinam non incipere esse in se ipsa; sed incipere esse sub ratione relatiua: nulla est responsio, omninò enim hoc extorquendum est vi rationis, perspicuique argumenti, quod cum ipsa ratio relatiua sit verum ens reale, vt aiunt, aliquid ens, siue res aliqua verè diuina, & increata incipit esse in tempore; quod neque cogitari potest, neque à viro Catholico dici, neque ab homine rationis compote permitti; nisi fortè eas relationes sola appellatione reales dicant cum Durand. & Caiet.

Thom. Caiet. 1. p. q. 13. ar. 7. licet verbis ipsis pronunciet has relationes esse rationis, ait tamen esse reales appellatione extrinseca, quia sunt termini relationum realium. Quam opinionem scripsit prior Caietano Durandus in 1. d. 30. q. 1. & ob eandem rationem, quia omnem relationem credidit terminari ad relationem oppositam; realem autem relationem terminari ad relationem appellatione realem; quia Deus re ipsa est Dominus, quasi appellatione accepta à relatione reali creaturæ: ita tamen, vt

**A** in Deo ipso non existat relatio ad creaturas. Quæ opinio nihil habet falsi in re ipsa; sed nō scitè appellatur relatio realis, quæ est in sola consideratione intelligentis, etsi Deus dicatur re ipsa Dominus propter fundamentum: dicitur enim relatio realis, quæ est res quædam, & hoc nomen dignoscitur à relatione rationis, quæ non est res aliqua.

### Confirmatio.

**S**anctus Augustinus lib. 5. de Trinit. ad finem, etsi verbis conceptis non dicat esse has relationes rationis, tamen id indicat ibidē, dum ait relationes oppositas nobis accidere, nullā verò Deitati ipsi accidere. *Vt ita (inquit) dicatur relatiuè aliquid ad creaturam, vt quamuis temporalitèr incipiat dici, non tamē ipsi substantiæ Dei accidisse aliquid intelligatur, sed creaturæ ad quam dicitur.* Et infra clariùs, vt nihil videatur differre ab Aristotele de relatis non mutuis disputante. *Quod ergo temporalitèr dici incipit Deus, quod antea non dicebatur, manifestum est relatiuè dici, non tamen secundum accidens Dei, quod ei aliquid acciderit; sed planè secundum accidens eius, ad quod dici aliquid Deus incipit relatiuè.* Itaque ait Deum dici relatiuè, & tamen relationem non accidere Deo, sed creaturæ, quod est, relationem non inesse Deo, sed creaturæ; & ab ea relatione, quæ accidit, siue inest creaturæ, affirmat Deum relatiuè dici; sicut scibile secundum Aristotelem dicitur à relatione scientiæ. In eadem sententia numerandus est S. Anselm. Monolog. cap. 24. qui nunquam desecit à vestigijs S. Augustini, vbi docet Deo nihil accidere: licet enim ibidē dicat Deum suscipere relationes, quæ accidentia dicuntur, interpretandus est Deum suscipere relationes appellatione, quia appellatur Dominus, & Creator: neque ait suscipere Deum accidentia, sed suscipere ea, quæ dicuntur accidentia; nam ipsæ relationes rationis, siue appellationes relatiuæ, dicuntur Deo accidere.

**D** Hæc est sententia indubia S. Thomæ 1. p. q. 13. art. 7. & 2. contra gent. cap. 12. & in 1. d. 30. q. 1. art. 1. & de potentia q. 7. art. 11. Et S. Bonauent. d. 30. art. 7. q. 3. Alexand. Alens. 1. p. q. 53. Durand. d. 30. q. 3. Ioan. Scotus q. 2. Egidius q. eadem

Improbatur hæc sent. quod realē appellet eam relationē, quæ est rationis. Ad argum. Deus dicitur re ipsa Dominus propter fund.

16. 3. Sententiam confirmat S. August.

Idem clariùs.

S. Anselm.

Eius locus explicatur.

17. 3. Sententia Auctores. S. Thom. S. Bonauent. Alens. Durand. Scotus. Egid.



*Richard. Gandau. Thomistę omnes excepto vno Soncin. Magist.*

q. eadem, Richard. q. 4. Henric. Gandau. quodlib. 9. q. 1. & Thomistarum omnium, vno excepto Paulo Soncin: & fauet Magister Sententiarũ d. 30. Est igitur opinio ista non solum Theologorum ferè omnium cõsensu firmata, sed præcipuorum, & aliàs discordantiũ, communi suffragio.

CAPVT XX.

*Argumenta refelluntur.*

1. 1. arg.

*S. Anselm.*

**Q**uod relationes Dei ad creaturas sint reales, probatur autoritate Patrum; ita enim videtur sentire S. Anselm. Monolog. cap. 24. vbi de ea re disputat his verbis. *Sed quid repugnat eorum, quæ accidentia dicuntur, susceptibilitas, & naturalis incommunicabilitas; si ex eorum assumptione nulla substantia sequitur variabilitas?* Ergo sentit S. Anselmus has relationes sine mutatione diuinæ substantiæ illi accidere. Sanctus etiam Dionysius cap. 1. de diuinis nominibus inter attributa numerat Dominium, quod est quædam relatio ad creaturas; attributa autem sunt res formaliter existentes in Deo.

*S. Dionys.*

2. 2. arg. *Soncin.*

Responsio.

Secundò arguitur eo argumento, quo conuictus est Paul. Soncin. nam relatio dominij in Deo fundatur in reali fundamento, scilicet in potestate reali diuina; ergo est realis relatio. Quod si respõdeas Deum non esse eiusdem ordinis cū creatura, & idcirco non referri ad illam relatione reali:

3. Impugnatur 3. argumento *Durandi.*

Tertiò arguitur cum Durando d. 30. nam ordo diuersus etsi faciat infinitam distantiam, non tamen ea quæ infinito distant, traducit in non entia; nam attributa diuina nõ sunt eiusdem ordinis cū rebus creatis, & tamen inde non fit, vt res creatæ non sint res veræ, aut attributa ipsa diuina non sint res veræ; ergo & relatione diuinæ ad creaturas sunt res veræ, etsi sint ordinis diuersi.

4. 4. arg.

Quartò: Inter agens, & passum necessariò inuenitur quædam proportio; sed Deus est primũ agens; ergo habet cum creatura proportionem; ergo non sunt omninò diuersi ordinis.

5. 5. arg.

Quintò: Ad hoc, vt mouens referatur relatione reali ad mobile, non est necesse, vt ipsum mouens sit aliàs mobile; hæc enim opposita sunt, & vnũ non est causa

**A** alterius; ergo etsi Deus sit mouens immobile, nihil prohibet referri Deum relatione reali mouentis ad mobile.

Sextò: Deus est re ipsa creator, & creator est quid extra animam, non enim est ens in anima, hoc est ens cognitũ; ergo ea relatio est realis extra animã, cum nomen hoc, creator, relatione significet. Et confirmatur, quia sunt in Deo relationes æternæ ante omnẽ cognitionem creatam, vt relatio scientiæ, & potentiæ, & prædestinationis; ergo hæc saltem sunt reales relationes.

**B** Vltimò probatur è contrario, quòd neq; relationes rationis Deo ad creaturas attribuendę sint; omnis enim relatio est comparatio quædam; Deus autem cum creaturis neque cogitatione comparatur; ergo nulla relatio est Dei ad creaturas.

*Aduertenda.*

**P**ropter hæc aduertendum est cum S. Thoma 1. p. q. 13. art. 7. quòd relationes diuinæ quædam sequuntur cognitione attributum aliquod, quædam verò actionem. Exemplum primi esto relatio domini, quæ sequitur potestatem coercendi suos; nomen autem, Dominus, non significat potestatem apud Philosophos, sed ipsam relatione; est ergo Dominus relatum secundum esse, quod in Deo significat relationem rationis. Exemplum secundi, creator, iustificator, & similia; nam in his relatio sequitur actionem; & quia actio diuina est ipsa essentia, hæc nomina significant essentiã addita relatione; & idcirco sunt relata secundum dici, quia significant absolutũ; ita tamen vt nomine tenus hoc attributum dicatur ad aliud; sunt enim ita nomina instituta ad significandum. Quòd si nomen creatoris non pro creante, sed pro relato accipias, erit relatum secundum esse, ita vt nomen hoc significet nõ actionem, sed relationem; sicut nomen, spirator, vtroque modo accipitur, vt significat originem, & vt significat relationem, æquiuocè sanè, & duobus conceptibus: ita & nomen, creator, æquiuocum est, quod significat aliquando actionem creandi, aliquando verò significat relationem.

In his autem consuetudo æstimanda est, quæ est nominum interpretis; nam S. Dionysius inter attributa diuinã connumerat principatum, siue dominiũ, scilicet

LLI

6. 6. arg.

Et confirm.

7. Vltimum cõtra assertionẽ iudubiam, cap. 19. n. 1.

8. 1. Aduerd. ex S. Thom. Relationes diuinæ quædam sequuntur cognitione attributũ aliquod, vt dominus.

Quædam sequuntur actionem, vt creator, iustificator, &c. Nomen, creator, &c. sumptum pro creante, significat actionem, seu essentiam Dei ad li- ta relatione; & est relatum secundum dici: Sumptum pro relato est relatum secundum esse. Est nomen æquiuocũ ad actionem, & relationem.

9. Cõsuetudo nominum interpretis.

S. Dionys. vsurpat dominiũ pro attributo excellentiæ, vel potestatis.



Boetius.

S. Ambr.

S. Cyrilli  
acceptio min⁹  
vfitata creato-  
ris pro prædico  
potestate crea-  
di.

10.

De quibus re-  
bus intelligē-  
dū, qđ sint or-  
dinis diuersi?1. Explicatio  
Caietani, de  
ijs a quib⁹ alia  
pendent essen-  
tiali dependen-  
tia.Obstant 1.  
materia, & for-  
ma, quæ sunt  
eiusdē ordinis.Obstant 2.  
scientia, & sci-  
bile, quæ sunt  
diuersi ordinis.2. Explicatio  
Soar. scđ. 1. 5.  
de ijs quæ non  
sunt in genere,  
sed extra ge-  
nus.Obstant scien-  
tia, & scibile,  
quæ sunt in ge-  
nere.3. Explicatio  
Caiet. de ijs  
in quibus est  
causa mutue re-  
lationis.  
Improbatur.

cet indicando hoc nomine excellētiam A  
diuinę naturę, cui debetur omnis ser-  
uitus, siue serui existant, siue nulli sint;  
vel etiam propter potestatem coercen-  
di vocat dominum, vt Boetius dicit,  
quod dominium est potestas quædam,  
Et S. Ambrosius lib. de Fide cap. 1. ait  
nomen, Deum, esse nomen potestatis. Ac  
S. Cyrillus lib. 1. Thesauri cap. 5. ad fi-  
nem, cum Eunomius obijceret Deum  
in tempore creatorem, ac proinde e-  
tiam Patrem vnigeniti Filij in tempo-  
re effectum fuisse. Respondet Deum  
perpetuò fuisse creatorem: quo in lo-  
co creatorem appellat Deum præditum B  
facultate creandi, vt ipse S. Cyrillus  
ibidem exponit. Sed hæc nominis signi-  
ficatio est min⁹ vfitata.

At verò explicare etiam opus est,  
quid intelligat S. Thom. cum ait, Deum  
non esse ordinis eiusdem cum creatu-  
ris; & inde colligit non esse realem re-  
lationem Dei ad creaturas. Thomas  
Caietanus 1. p. q. 4. art. 3. ad 4. expli-  
cat, ea, à quibus alia pendent essentiali  
dependentia, non esse eiusdem ordi-  
nis; quo pacto creaturæ pendent à so-  
lo Deo. Sed contra hoc est, quod ma-  
teria, & forma pendent à se inuicem C  
essentiali dependentia; & tamen sunt  
eiusdem ordinis, & possunt referri in-  
ter se se relatione reali. Præterea scien-  
tia non pendet essentiali dependentia à  
re scita, quæ est aliquando ens rationis;  
& tamen non est eiusdem ordinis cum  
re scita. Quidam aliter interpretantur,  
scilicet res omnes, quæ sunt in genere,  
aiunt esse eiusdem ordinis, quia se iuuat,  
perficiunt, & ornant; & ita Deum, qui  
est extra genus, aiunt esse extra ordinem  
rerum creaturarum, quia ab illis nihil om-  
nino accipit emolumenti: & idcirco  
non referri relatione reali ad res crea-  
tas. Sed hæc etiam interpretatio par-  
ui est momenti; nam in generibus istis  
sunt res ipsæ scitæ; & tamen scibile est  
alterius ordinis, cuius rei causa illo  
commentario non indicatur. Caietanus  
etiam quoque enarrationem excogita-  
uit q. 13. art. 7. quod scilicet ea sint eius-  
dem ordinis, in quibus est causa mutue  
relationis. Sed hoc identidem non de-  
clarat rem ipsam, neque quæ causa sit  
mutue relationis enodat; quare & an-  
tea refutauimus istam rationem inter-  
pretandi.

Dicendum ergo est, quod ibidem do-  
cuimus, ea esse diuersi ordinis, quæ non  
ad alterum mutuò ordinatur, sicut sci-  
bile non ordinatur ad scientiam; neque  
Deus ad creaturam, quod S. Thom. do-  
cet q. 13. art. 3. & de potentia q. 7. art.  
10. hoc ipsum præcipuè agit. At verò  
S. Thomas rationem adhibet Philoso-  
phicam ex communibus præscriptis re-  
latorum: sed alia est ratio præcipua à  
natura Deitatis petita, quod est incapax  
relationis realis ad creaturas, vt pluri-  
bus argumentis capite præcedenti com-  
probauimus.

Denique recolendum est ex dialekti-  
cis scitis, quod verbum, est, significat a-  
liquando non existentiam, sed verita-  
tem propositionis, vt Homerus est Poe-  
ta. Cum igitur dicimus Deum re ipsa es-  
se creatorem, nullum esse relationis ibi  
permittimus; sed duntaxat veritatem  
propositionis, quia is verè dicitur crea-  
tor, qui habet creaturam, & is Dominus,  
qui habet seruos. Quare S. Thomas de  
potentia, q. 7. art. 11. ad 3. rectè docet,  
quod sicut dicitur quis re ipsa idem sibi,  
etsi identitas re ipsa nihil sit; quia fun-  
damentum identitatis est reale: ita di-  
citur Deus Dominus re ipsa, etsi hæc re-  
latio relationis duntaxat sit, quia funda-  
mentū reale est; quod est potestas coer-  
cendi. Et hæc quidem in eo genere en-  
tium numerantur, in quo cæcitas, & num-  
mus, quæ dicuntur nomine tenus entia  
realia; quia in re ipsa dum aduertimus,  
inueniuntur, non quidem existentia, sed  
conuenientia rebus. Quibus addendum  
est id, quod S. Thomas docet de poten-  
tia q. 7. art. 11. relationes rationis quas-  
dam attribui rebus cognitis, prout à no-  
bis cognitæ sunt, quæ sunt intentiones,  
siue notiones secundæ; quasdam verò  
consequi modum ipsum intelligendi, vt  
docuimus, quia ex necessitate quadam  
intellectus non potest res aliter intelli-  
gere, sine ordine, aut sine relatione ad  
aliud: quem ordinem, siue relationem  
intellectus non iudicat inesse rei, quia  
esset hoc iudicium falsum, sed verè iu-  
dicat esse non posse intelligere res, sine  
istis relationibus. Et inter has relatio-  
nes rationis, quæ consequuntur mo-  
dum intelligendi, numerandæ sunt re-  
lationes non mutue: quia ex altera par-  
te reales relationes non possunt in-  
telligi, sine istis rationis relationi-  
bus

11.  
4. & vera ex-  
plicatio, de ijs  
quæ non ad al-  
terum mutuò  
ordinantur, vt  
scibile, creator.  
De creatore  
S. Thom.

Ratio præcipua  
Deitas est inca-  
pax relationis  
ad creaturas.

12.

In hac, Deus re  
ipsa est creator  
verbū, est, non  
significat exi-  
stentiã relatio-  
nis, sed verita-  
tem proposi-  
tionis.  
Ex S. Thom.  
sic dicitur quis  
re ipsa idē sibi.

Idem

Relationes ra-  
tionis quædam  
attribuuntur re-  
bus cognitis,  
prout à nobis  
cognitæ sunt,  
quæ sunt intē-  
tiones, seu no-  
tiones secunde.  
Quædam sequū-  
tur modū in-  
telligendi, vt  
cap. 10. p. 2. n. 8.

Relationes nō  
mutue sequū-  
tur modum in-  
telligendi.



bus oppositis, quæ non sunt reales, ut relatio creatoris, & scibilis.

*Responsio.*

13.  
Ad S. Ansel.  
1. Responsio, ut cap. 19. n. 16.  
2. Responsio.

Ad S. Dion.

14.  
Ad 2. arg.

15.  
Ad 3. arg.

Relatio realis, quia sequitur ipsum ordinem, non est in eo quod non ordinatur.

16.  
Ad 4. arg.

Proportio in agente necessaria est ut agens excedat passum secundum mensuram determinatam, ut duplum agit in sub duplum.

In Deo nulla est proportio cum creatura, quia excedit in infinito excessu.

Deus est extra genus, & ordinem, & proportionem.

Ex S. Tho. In rebus creatis est proportio ad Deum, non quod hæc magis, quam illa

**A**D primum argumentum respondetur negando Patres dixisse vspiam has relationes esse reales. Et quidem S. Anselmum commentati sumus capite præcedenti. Potest etiam responderi, nihil illum de questione ista affirmando dixisse, sed disputasse inquirendo. Sanctus verò Dionysius non relationem Domini, sed potestatem dominandi recenset inter attributa, ut diximus in advertendis.

Ad secundum respondetur concedendo antecedens, quod in Deo est realis potestas, eaque est fundamentum relationis Domini; sed negatur consequentia, quod relatio hæc sit in Deo realis, defectu ordinis, quia Deus non ordinatur ad res creatas.

Ad tertium respondetur concedendo, quod ordo diversus nihil prohibet esse res veras utrasque, inter quas non est ordo; sed in relationibus realibus, quia sequuntur ipsum ordinem, ut docuimus, definit esse realis relatio in eo, quod non ordinatur ad aliud, ut in scibili ad scientiam, & in Deo ad creaturas.

Ad quartum respondetur, quod proportio in agente necessaria ea est, ut agens excedat passum; est autem proportio in quadam mensura determinata, ut sub duplum ad duplum: requiritur ergo proportio in virtute mouentis, si conferatur cum mobili, quia duplum non agit in duplum, sed duplum in sub duplum, ut calidum quarto gradu agit incalidum secundo gradu. In Deo autem nulla est proportio cum creatura, quia non excedit secundum mensuram determinatam, sed infinito excessu: non ergo deest proportio in Deo per defectum, sed per excessum virtutis, ideoque est infinitum agens; non tamen est relatum relatione reali, quia est extra genus, & ordinem, & proportionem rerum autem agendarum, siue mobilium proportio est ad Deum, ut S. Thomas ait, q. 7. de potentia, art. 10. ad 9. quatenus una excedit aliam perfectione, non quod magis accedat ad Deum quædam, quam alia; sed quia hæc ma-

**A**gis quam illa recedit ab imperfecto; & ideo in rebus creatis est realis relatio ad Deum, sicut & proportio.

Ad quintum respondetur cum S. Thoma eo loco ad 2. quod esse mobile non causa, ut mouens referatur relatione reali, quod argumento illo convincitur; sed est indicium, quod ipsum mouens non est alterius ordinis; mouens enim, quod est mobile, est ordinatum a priori mouente; & ita non est extra ordinem mobilis; & est relatum relatione reali. Deus verò eo quod est mouens non motum, ostenditur esse alterius ordinis, & non esse ordinatus ad mobile; quare etiam iudicatur non esse relatus reali relatione ad creaturas.

Ad sextum respondetur concedendo cum S. Thoma q. 7. de potentia art. 11. ad 3. quod Deus est re ipsa Dominus, eodem modo, quo Petrus re ipsa est idem sibi; quibus verbis non indicatur eas relationes esse reales, sed earum fundamenta esse realia: desunt autem his aliæ conditiones relationum realium; deest enim in identitatis relatione, ut fundamenta sint distincta; in relatione verò creatoris, ut Deus sit eiusdem ordinis cum creatura: & ideo non sunt reales relationes. Ad alteram partem antecedentis negatur; quod creator formaliter secundum relationem rationis, non sit ens in anima; non quod sit relatio attributa per intellectum, sed quia est relatio rationis, quæ consequitur modum naturalem intelligendi, ut in notationibus dictum est. Et simile est de relationibus æternis: nam etsi hæc relationes non sint, nisi dum per intellectum creatum tribuuntur Deo: dicitur tamen Deus ab æterno prædestinasse, cum aliqua relatione rationis, quia hoc, quod est in re ipsa sine relatione reali, a nobis sine relatione dici non potest, aut intelligi. Et ad hunc sensum hæc relationes æternæ sunt, quoad fundamenta; non verò quod ab æternitate sint, vel in re, vel in cognitione nostra: propositio verò dicitur vera ante operationem intellectus, ut signum verum, non quod res significata existat ante intellectus opus; sed quia fundamentum relationis convenit Deo, & est ipse Deus: nam ipsa propositio, quæ dicitur esse vera, est

**D**icitur tamen Deus ab æterno prædestinasse, cum aliqua relatione rationis, quia hoc, quod est in re ipsa sine relatione reali, a nobis sine relatione dici non potest, aut intelligi. Et ad hunc sensum hæc relationes æternæ sunt, quoad fundamenta; non verò quod ab æternitate sint, vel in re, vel in cognitione nostra: propositio verò dicitur vera ante operationem intellectus, ut signum verum, non quod res significata existat ante intellectus opus; sed quia fundamentum relationis convenit Deo, & est ipse Deus: nam ipsa propositio, quæ dicitur esse vera, est

accedit ad Deum, sed quatenus magis recedit ab imperfecto.

17.  
Ad 5. arg. Respond. ex S. Tho.

In mouente mobili, quod mobile sit, non est causa relationis realis, sed est indicium non esse ipsum mouens alterius ordinis.

18.  
Ad 6. arg. Ad 1. partem antecedentis. Ex S. Tho. Deus est re ipsa Dominus, ut Petrus re ipsa est idem tibi; propter fundamenta.

Ad 2. partem. Creator formaliter est ens in anima.

Ad confirm. Simile est de relationibus æternis, ut scientia, potentia, & prædestinationis.

Hæc relationes æternæ sunt, quoad fundamenta

Propositio in qua enunciantur de Deo, dicitur vera ante operationem intellectus, ut signum verum. Vide de lib. 2. cap. 36. n. 9. om. m. 2.



Non sic dicitur vera formaliter loquendo, cum ipsa propositio sit operatio intellectus, ut ibidem.

19.

Ad ultimum. Non omnia relata sunt comparata, hoc est, collata cum alijs in unitate, vel excessu, sed quæ fundantur in numero.

Vide n. 16. & cap. 19. n. 7.

S. Thom.

Omnia relata sunt comparata, hoc est, simul intellecta cum unitate, vel cum analogia.

opus intellectus, ut libr. 1. explicauimus; & ideo si formaliter loquendum sit, ante operationem intellectus nulla propositio est vera, cum ipsa propositio sit operatio intellectus. Et per hæc respondetur ad confirmationem.

Ad ultimum respondetur, quod comparare est in unitate, vel excessu quædam cum alijs conferre; quo pacto non omnia relata comparata sunt, sed quæ fundantur in numero, ut ait S. Thomas de potentia q. 2. art. 8. ad 2. Si verò comparare, siue conferre significet duntaxat vnum cum alio simul intelligere cum quadam analogia ratione similitudinis; ita Deum cum creatura comparamus, & omnia relata, vel in unitate aliqua, vel analogia comparata sunt: nam & agentis ad passum, & mensurabilis ad mensuram proportio est.

## CAPVT XXI.

*Persona Diuina similes, æquales, & coaternæ sunt.*

1.

**D**E relationibus diuinis hoc libro acturi, primum de ijs, quæ sunt Dei ad creaturas, disputauimus. Secundum est, ut de relationibus inter diuinas personas quæramus cum S. Thoma 1. p. q. 42. art. 1. & in 1. d. 19. q. 1. art. 1. & 4. contra gentes, cap. 9. de ijs prius differentes, quæ sunt personis communes, ut ad proprias, personalesque relationes veniamus.

Similitudo, & æqualitas in qualitate, & quantitate fundantur, ita ut non sint extra ea genera, ut docet Aristoteles in prædicamentis, & in libr. 1. Metaphysic. textu 70. Sed quia essentia rei dicitur qualitas ampliori significatione, quia species indicat quale quid est res, ut idem Philosophus docet cap. de substantia; quæcunque in essentia conueniunt, dicuntur similia. Quantitas etiam, quia est mensura totius constantis partibus, ducitur ad alia genera; est enim quantitas in qualitatibus ipsis penes gradus perfectionis, quasi gradus sint partes totius mensurabiles. Quare ea, quæ in candore sunt similia, dicimus esse quoque æqualia, si habeant eundem gradum candoris; quia in similitudine attendimus unitatem formæ, in æqualitate unitatem mensuræ: quamuis in re

**A** ipsa non sint duæ relationes fundatæ in candore; sed vna, quæ est relatio perfectæ similitudinis: nam sicut candidum dicitur magis, & minus; ita & simile dicitur, ut Aristoteles docet cap. ad aliquid:

Simile ergo, & æquale, ut fundantur in qualitate, & quantitate prædicamentali non dicuntur de Deo, nisi per eandem metaphoram, qua attribuimus Deo qualitatem, & quantitatem, iuxta illud Symboli. *Qualis Pater, talis Filius, &c.* Simile autem, quod in essentia fundatur, non per metaphoram, sed propriè dicitur de diuinis personis. Ut igitur de similitudine primò dicamus, si qualitas pro essentia accipiatur (nam & Aristoteles 5. Metaphysic. text. 9. formam substantialem vocat qualitatem) infinita est similitudo inter diuinas personas, ut potè in essentia eadè indiuidua fundata.

**C** Ioannes Scotus in 1. d. 19. q. 1. meditatatur in identitate substantiæ diuinæ fundari relationem identitatis, & in identitate attributorum, quæ sunt quasi naturæ diuinæ qualitates, meditatatur similitudinem. Et rectè hoc quidem, ut fiat analogia comparatio cum rebus creatis, dummodò intelligamus attributa non distingui ex natura rei à diuina essentia, & conceptu formali essentia contineri, conceptu, inquam, confuso; sed conceptu distincto, ut discernimus essentiam ab attributis, rectè dicimus identitatis relationem in essentia, similitudinis verò relationem in attributis fundari.

**D** Aduertendum est autem, quod similitudo fundata in essentia generica, non est simpliciter dicenda similitudo, sed est similitudo in genere; quæ autem fundatur in essentia specifica, simpliciter similitudo est, ut est homo homini similis, non autem homo leoni, quod antea declarauimus. Cum ergo Deus sit etiam extra omne genus, nulla est omnino similitudo inter Deum, & res creatas, quæ sunt in genere; non est, inquam, similitudo quæ fundetur in unitate formæ, quæ est relatio æquiparantia, hoc est æqualis cõparationis, ita ut vtrumque relatum sit alteri simile: sed est similitudo pertinens ad tertium genus relatorum, quasi mensurabilis ad mensuram; ita ut in creatura sit similitudo, non verò in

ra cum alio candore, scilicet perfecta similitudo. *Aristot.*

3.

2. Prenotandum. Similitudo, & æqualitas ut fundantur in qualitate, & quantitate prædicamentali dicuntur de Deo per metaphoram.

Assertio:

Similitudo quæ fundatur in qualitate sumpta pro essentia dicitur propriè de diuinis personis, & est in illis infinita.

4.

Declaratur.

*Scoto* cõsentiente, prout cõceptu distincto discernitur essentia ab attributis, rectè dicimus identitatem in essentia, similitudinem verò in attributis fundari.

5.

Ut probetur aduert. Similitudo in essentia generica est secundum quid. In essentia specifica est simpliciter, ut c. 12. p. 2. n. 6. Cũ Deus sit etiam extra omne genus, nulla est inter illum, & creaturas similitudo fundata in unitate formæ.

Creatura est similis Deo & similitudine diuisi paratæ, & exemplati per unum ad 3. genus.



in Deo, quod etiam superius admonuimus. Et hæc similitudo est disquarantia, hoc est, inæqualis comparationis; ita ut in creatura sit similitudo, hoc est, imago, aut imitatio aliqua, & in Deo exemplar: hoc pacto creaturæ sunt similes Deo; sed Deus non est similis creaturæ, ut S. Thom. docet sapius; in 1. p. q. 4. art. 3. ad 1. merito affirmat creaturam quamuis maiori ex parte esse dissimilem Deo, quam similem; in numeris enim partibus superatur perfectio creaturæ: effectus ergo causæ æquiuocæ, sunt similes illi similitudine proportionis, ut aiunt; non verò perfecta similitudine, qua soli effectus causæ uniuocæ sunt causæ similes.

Ex quibus intelliges controuersiam inter Arianos perantiquam; quidam enim dicebant cum Ario Filium esse Patri simillimum, eo astu, & fraude, ut inter creatoras Filium Deo simillimum dicerent. Alij verò cum Eunomio omnino dissimilem esse impijssimè asserabant; eò quòd non crederent esse similem æquali comparatione, eandemque hæresim verbis clarioribus inuerecundius effutiebant, ut refert Theodoret. Nequicquam verò Ariani Eunomianos arguebant, quòd dicerent Filium dissimilem; nam & Ariani qui similem, ut creaturam credebant, dissimilem maximè iudicabant.

Ut autem tota hæc hæresis aboleatur, definit Ecclesia diuinas personas esse æquales: ipsa ergo similitudo est æqualis comparationis; siquidem personæ nõ solum similes, sed æquales sunt: quamobrem Patres æqualitatem personarum potius, quam similitudinem tractant, & disputant, ut planius conuincant hæreticos. Et ideò S. Thomas ad 2. notat, quòd æqualitas contineat in se similitudinem, quando equalitas in perfectionis quantitate fundatur.

Aduertendum igitur ex S. Augustino 6. de Trinit. cap. 8. quòd in ijs, quæ non mole magna sunt, hoc est maius esse, quòd est esse melius: magnitudo autem Dei est ipsa eius essentia, ut eleganter ostendit idem S. Augustinus libr. 6. de Trinit. cap. 18. ita ut Deus non sit magnus magnitudine, quæ non sit Deus ipse; aliàs magnitudo distincta à Deo, quæ Deus non esset, maior ipsa esset, quam Deus; quòd si maior, & melior; Deo

A autem nihil melius cogitari potest. De eadem re doctè loquitur S. Anselm. Monolog. cap. 1. & 2. Est igitur magnitudo diuina, quæ est fundamentum æqualitatis inter personas infinitas. Vnde S. Hieronym. in Ezechiel. 28. *Sauissima (inquit) hæresis est, quæ in Christo tantum Patris similitudinem confitetur, aufert naturam.* Quia hæretici permittebant quidem similitudinem, sed non fundatam in vnitatem naturæ.

Fundatur autè æqualitas in magnitudine penes hoc, quòd neutrum extremum, quòd æquale dicitur, sit maius, aut minus; quia ut Aristot. ait 10. *Metaphysicæ text. 15. & 16. æquale dicitur, quasi per negationem maioris, & minoris, quòd autem non sit alterum maius, aut minus quædam negatio est, per quæ vtrumque reducitur ad vnitatem magnitudinis; vnitatis enim est conditio fundans æqualitatem, ut diximus.* Cum autem magnitudo diuina sit eadem in tribus personis, hoc ipso indicatur, quòd non sit maius, & minus: non enim eadem magnitudine vna persona maior esse potest, quam alia. Quod etiam significauit Beotius libr. de Trinit. *Eos (inquit) differentia Deitatis comitatur, qui vel augent, vel minuunt.* Necesse est enim ut ponant Deitates plures, qui aiunt personam Deitatis quandam aliã maiorem, aut minorem esse. Ita etiam infinitudo magnitudinis ostendit eius vnitatem: nam in ijs, quæ sunt definita possunt esse mensuræ diuersæ; in infinito autem vna est mensura, scilicet quòd non sit mensurabile; infinitum autem in quantitate, etiamsi absit ab omni mensura, quæ versum infinitum est; tamen secundum partes est mensuræ subiectum: essentia autem infinita est indiuisibilis, non habens partes; & ideò omnino est separata à mensura. Et hæc vnitatis perfectæ, infinitæque magnitudinis fundat æqualitatem inter diuinas personas.

Observandum est autem, quòd, ut aliqua sint æqualia, exigit ratio fundamenti, ut singula sint magna, & non maiora, aut minora. Quare punctus esto non sit maior, aut minor lineæ, quia non est quantus, maius autem, & minus in quantitate sunt; non est æqualis lineæ, eò ipso quia non est magnus: sed diuina personæ magnæ sunt, & nulla maior,

aut

S. Anselm. Assertio. Magnitudo est fundamentum æqualitatis inter personas infinitas. S. Hieron. in hæresim Arii de qua n. 6.

9. Vnitatis huius magnitudinis ostenditur. Aristot.

Bontius.

Infinitudo magnitudinis ostendit eius vnitatem. In infinito vna est mensura, scilicet quòd non sit mensurabile. Non quantitas, sed essentia infinita est omnino immensurabilis.

10. 1. Aduert. Ad æqualitatem requiruntur duo 1. ut sit magnus, 2. ut nõ maior, nec minus. Ob defectum primi punctus non est æqualis lineæ. In diuinis personis vtrumque reperitur,

Deus non ita similis est creaturæ.

Ex S. Thom. creatura quæuis maiori ex parte est dissimilis, quam si similis Deo.

Effectus causæ æquiuocæ sunt similes illi similitudine proportionis, non verò perfecta.

6. Arius dicebat Filium esse Patri simillimum, sed ut creaturam, Eunomius dicebat omnino dissimilem.

Theodoret. Contra Eunom. 1. probatio Arii. Eadem contra Arium stare arguitur ex aduert.

2. probatio contra vtrumque; est definitio Ecclesie.

Itè Patres tractantes æqualitatem continentem in se similitudinem.

S. Thom. 8.

Inscriptionis 2. pars: De hac æqualitate.

Ex S. Aug. notandum.

Magnitudo Dei est ipsa eius essentia.

Idem.

Magnitudo distincta esset maior, hoc est melior Deo.



aut minor; æquales ergo sunt.

Observandum etiam est, quod hæc similitudo significata per nomen est mutua inter divinas personas; significata autem per verbum non recurrit, ut docet S. Thom. ad 3. Est enim Filius Patri similis, & Filio Pater, quia est similitudo significata per hoc nomen, simile: Si autem utamur verbo, Filius assimilatur Patri, non tamen Pater assimilatur Filio; quia verbum significat cum motu, & loco motus est in Deo processio. Cum igitur dicimus Filium assimilari, per hoc verbum significamus procedere ut similem, quod Patri non convenit, iuxta id quod S. August. ait 6. de Trinit. *Imago, si perfecte implet id, cuius est imago, ipsa coaquatur ei, non illud imagini sui.* Et hoc sensu S. Ioannes Chrysostr. in illud Pauli: *Non rapinam arbitratus est esse se æqualem Deo*; negat Patrem æqualem Filio dicendum, sed Filium Patri; æqualem (inquam) hoc est, æquatum, & assimilatam. Et idem de Spiritu Sancto dicendum; assimilatur enim, & æquatur Patri, & Filio; similitudo autem equalis comparationis, de qua loquimur, non fundatur in his processioneibus, sed in unitate naturæ; quæ autem est similitudo imaginis, fundatur in processione, ut lib. 2. docuimus. Ipsa tamen similitudo æqualis comparationis significata per verbum convenit personæ procedenti, quia verbum indicat processionem, ut modò dicebamus.

S. Bonavent. d. 19. 2. p. q. 3. & Durandus q. 1. assimilatam exponunt, quod est ab exemplari deductum, quo pacto solus Filius est assimilatam, quia solus est imago: sed spectata vi significationis huius nominis, assimilatam dicimus parietem parieti, cum sit albus, & similis, licet non sit imago. Quæ eadem significatione Spiritus Sanctus assimilatam est Patri, & Filio, cum procedat similis.

Questionem versant hoc loco Theologi, utrum inter Patrem, & Filium unitas spirationis, qua spirant, sit fundamentum similitudinis; ita ut Pater, & Filius non sola naturâ dicantur similes, sed etiam proprietate spirandi, sint verè, & propriè similes? Aiunt Alexand. Alens. 1. p. q. 42. memb. 2. art. 2. & q. 61. memb. 3. art. 2. Et Richardus de sancto Victor. 6. de Trinit. cap. 11. Richardus

A etiam de media Villa in 1. d. 13. q. 3. Et Innocentius III. quem sequitur, & refert Dionysius Carthusianus in 1. d. 28. q. 8. Et videtur consentire S. Anselmus Monolog. cap. 53. & nonnulli confirmant verbis Pauli Hebræor. cap. 1. *Figura substantia*; hoc est, imago hypostasis: ita enim interpretandum esse comprobatur S. Basilus epist. 43. Ergo Filius etiam in ea operatione spirandi, quæ pertinet ad personas, est similis Patri.

B Qui opinantur in omni prædicamento propter essentialem unitatem inveniri similitudinem, non est, cur negent Patrem, & Filium in unitate spirandi esse propriè similes, siquidem quæcunque unitas sufficit ad similitudinem: sed illorum existimationem iam satis superius improbauimus.

C Dicendum igitur est, si de propria ratione similitudinis disputationem faciamus, Patrem, & Filium non esse similes, nisi in sola natura, non verò proprietate spirandi: virtute quidem spirandi similes sunt, quia virtus est ipsa natura; sed proprietate non sunt similes, sed sunt idem, & unum absque similitudine: ratio est, quia similitudo vera fundatur in qualitate, siue essentiali, siue accidenti; tunc enim duo similes sunt, quando talis est unus, qualis est alter. Non ergo rectè dices ad quæstionem, qualis est Pater? est generans, aut est Pater; sed est Deus, est potens. Et ita dicitur in symbolo: *Qualis Pater, talis Filius*, secundum attributa Deitatis. Et confirmatur, quia homines sunt similes inter se solis qualitatibus, vel accidentarijs vel essentialibus; ergo & personæ divinæ solâ essentiâ sunt similes, quæ etiam quales dicuntur. Si verò impropriè loquendum sit, ubicunque est unitas, similitudo dicitur; æquivocè tamen. Et in ea significatione cõcedimus Patrem, & Filium esse proprietate spirandi similes, sicut sunt unum. Et hæc videtur esse sententia S. Augustini de Incarnat. Domini cap. 11. & 13. vbi ait præcipuam similitudinem Filij Dei esse secundum substantiam, & lib. 6. de Trinit. cap. 4. & lib. 5. cap. 6. æqualitatem personarum non attendit in relationibus, sed in essentia. Et eadem est ratio similitudinis, ut docet S. Thomas 1. p. q. 35. art. 2. vbi refutat eos, qui dicunt

D Filium

11.  
2. Aduert.

S. Thom.  
Pater, & Filius  
sunt mutuò si-  
miles, & æqua-  
les relationib<sup>9</sup>  
æquiparantiæ.

Sic Filius as-  
similatur, & æ-  
quatur Patri, at  
non è contra.

Verbū indicat  
motū, & pro-  
cessionem.

Elucidatur  
S. August.

S. Chrysostr.  
in epist. ad Phi-  
lip. 2.

Similitè Spi-  
ritus Sã. tus as-  
similatur Patri, &  
Filio, at non è  
contra.

Declaratur 1.

12.

Declaratur 2.  
cõtra S. Bon.  
Durand.

Assimilatam ex  
vi signifiatio-  
nis non coinci-  
dit cum exem-  
plato.

Exemplū parie-  
tis assimilatam.

13.

Quæstio affi-  
nis: Vtrum in-  
ter Patrem, &  
Filiam unitas  
proprietatis spi-  
randi fundet pro-  
prietatē simili-  
tudinem.

Affirmant.

Alens.

Richard.

Alter Ricb.

Innocent.  
Carthuf.  
S. Anselm.  
Argum. ex  
Hebr. 1.  
S. Basil.

14.  
Affirmare de-  
lent docentes  
quæcung<sup>ue</sup> uni-  
tatem sufficere  
ad propriam si-  
militudinem.  
Improbantur  
cap. 12. p. 2. d. n.  
4. vsq; ad 10.

25.  
Resolutio ne-  
gat.

Declaratur.  
Pater, & Filius  
virtute spiran-  
di, seu naturâ  
sunt similes.  
Proprietate spi-  
randi sunt idē,  
& unum absq;  
similitudine.  
1. Probatio.

Symbolam  
S. Athanas.  
Confirm.

S. August.

S. Thom.



Idem.

16. Ad argum. ex Hebr. 1.

Filius est imago hypostasis Patris, ut potest distincta.

1. ratio.

2. ratio.

Non tamen sequitur esse similem Patri proprietate hypostatica, na hoc est hereticum.

17. Inscriptionis 3. pars. De relatione coeternitatis.

Aristot.

Hec relatio declaratur.

Affertio: Eternitas Dei indivisibilis, & infinita, ipsa infinita, & eadem est fundamentum coeternitatis.

Symbolum S. Athan.

S. Augustini sumarium totam inscriptionem exprimit.

Filium esse similem Patri etiam in spiratione actiua. Et idem docet q. 36. art. 4. ad 3. Quare S. Thom. haud dubie eo loco auctor est partis negantis, quod similitudo personarum attendatur in relatione, aut origine; & idem sentit in 1. d. 28. q. 2. art. 3.

Verba autem Pauli minimè indicant Patrem, & Filium esse similes proprietate personali; sed benè edocet Apostolus Filium referre hypostasim Patris, non naturam: imago enim refert aliquid distinctum, & refert hypostasim, in qua est natura. Vtraque ergo ob causam Filius est imago hypostasis; tum quia non refert naturam, quæ est eadem in utroque, sed personam, quæ est distincta; tum quia hypostasis est, quæ per imaginem exprimitur, ut Imperator: aliàs, si Filius est Patri similis in proprietate, quia est imago hypostasis, erit sanè similis proprietate hypostatica, scilicet filiatione, quod est hereticum, & impossibile: vel saltem sicut sunt similes in vna relatione, essent dissimiles in alijs, quod pariter absurdissimum est.

De relatione autem coeternitatis, dicendum est breuiter: sunt enim in duratione rerum relationes non solum temporis, ut prius, & posterius; sed etiam eorum, quæ sunt simul, ut Aristot. docet 5. lib. Metaph. quod fecit, & factum est, relatiuè dicuntur. Quia ratione Patres differunt Patrem semper genuisse, & Filium semper genitum; imò & semper gignet Pater, Filiusq; gignetur: quas differentias temporis nostro modo intelligendi collectas, æternitas indivisibilis continet; tempus autem est quantitas successiuorum, & æternitas est Deo loco quantitatis, extensa ad omne tempus. Et ita modo eodem, quo magnitudo diuina indivisibilis, & infinita, ipsa infinitate vna, & eadem fundat æqualitatem: ita & æternitas indivisibilis, & infinita fundat relationem coeternorum, qua tres personæ coeternæ sunt, sicut & coæquales, ut dicitur in Symbolo S. Athanasii. & hæc etiam relatio coeternitatis significatur per æqualitatem, ut ait S. August. lib. de fide ad Petrum: *Æqualitas intelligitur in Patre, & Filio, & Spiritu Sancto inquantum nullus horum, aut præcedit æternitate, aut excedit magnitudine, aut superat potestate.* Itaque adæquantur diuinæ personæ secundum esse

A in duratione, secundum perfectionem in magnitudine, secundum operationem in potentia, ut ait S. Thom. ad 1.

Observat autem S. Thom. omnes has collationes in forma attendi, vel secundum esse penes gradus perfectionis intimos, in quibus similitudo potest pervenire ad æqualitatem: vel penes effectus duos formæ, quorum alter est ipsum esse, in quo attenditur mensura durationis; alter est potentia operandi, in qua maximè ponderatur æqualitas. Personæ igitur diuinæ sunt æquales in ipsa forma Deitatis, & ita similes ut æquales sint, & in duratione secundum esse, qua sunt coeternæ; & in magnitudine potentiæ, qua maximè dicuntur æquales. Vbi aduertendum est S. Thom. conferre personas in attributis diuinæ essentia: quare vna persona non potest esse perfectior alia, propter nobiliorem relationem.

Alfonso à Castro repugnat esse aliã relationem unitatis ponendam inter diuinas personas, nisi identitatis relationem, quæ fundatur in unitate substantiæ, eò quod sola substantia propriè dicatur de Deo, non quantitas, aut qualitas, in quibus æqualitas, aut similitudo fundatur. Ioan. Scot. verò, qui existimat has relationes esse reales, accuratius deberet ad argumentum respondere, ut res diuinas, scilicet similitudinem, & æqualitatem, proprio conceptu formali constitueret. Nos verò qui asserimus esse has relationes rationis, satis est, ut diuersis rationibus eandem essentiam cogitantes, diuersas relationes fundemus: nam quatenus essentia eadem est in tribus personis, ponimus relationem identitatis; patet verò quatenus essentia ipsa, vel attributum eius, est quasi qualitas, & perfectio singularium, in unitate perfectionis, & qualitatis fundamus similitudinem, & in magnitudine æqualitatem. Est ergo Pater, sicut sine qualitate sapiens, ita sine qualitate similis, & sine quantitate æqualis; non ut simile, & æquale in qualitate, & quantitate inveniuntur, ut initio diximus; sed ampliori significatione: quo pacto homo homini est similis, & candor candori æqualis. Et ita sunt diuinæ personæ æquales, non improprie, sed dilatato nomine æqualitatis ad ea etiam, quæ quantitatem non habeant, quæ æqualitas in unitate perfectionis fundatur.

Diuine personæ sunt similes, & æquales non improprie sed dilatato nomine.

S. Thom.

18.

Idem

eam explanat.

Personæ diuinæ sunt in forma Deitatis similes, & æquales, in magnitudine potentiæ æquales, & similes in duratione secundum esse, coeternæ.

19.

Inscriptioni aduertatur 1.

Castro negat esse aliã relationem unitatis inter personas, nisi identitatis.

Argum. vrget Scotum.

Vera respons.

Nos diuersis rationibus eandem essentiam cogitantes, scilicet essentiam, ut qualitatem, ut magnitudinem, diuersas relationes fundamus.



20.  
Aduersatur 2.  
Aureolus  
apud Capr.

Aureolus verò apud Ioan. Capreol. errat deterius, qui hæc non esse relata, sed absoluta contendit: vel enim neget Filium esse Patri æqualem, quod impiũ est; vel concedat necesse est, id esse ad alterum relatum, quod æquali æquale est, & simili simile.

Confirmatio.

21.  
Symbol.  
Conc. Later.  
Ad Philip.

QVòd personæ diuinæ sint æquales, & coeternæ tum Patres cum Doctoribus consentiunt, tum etiam Concilia definiunt. Ita profiteamur in Symbolo, & decretum est in Concilio 2. Lateran. cap. Firmiter, & ad Philip. 3. dicitur, Non rapinam arbitratus est esse se æqualem Deo.

CAPVT XXII.

Similitudo, & æqualitas, omnisq; alia relatio in Deo, est rationis, exceptis personalibus.

CAPUT hoc diuidimus in partes duas. Prior pars: Similitudo, & æqualitas in Deo sunt relationes rationis. Posterior pars: Omnis relatio in Deo est rationis, exceptis personalibus.

PARS PRIOR.

Similitudo, & æqualitas in Deo sunt relationes rationis.

1.  
De relationibus fundatis in unitate personarum.  
1. sent. titulo opposita est Scot.

Ioannes Scot. in 1. d. 3. r. q. 8. & quodlibet. 6. cum sequacibus suis affirmat relationes similitudinis, & æqualitatis inter personas diuinæ esse reales relationes, resque diuinæ, cum nihil sit in Deo reale, quod sit res creata, sed diuina, & increata.

2.  
2. sent in tit. asserta, est S. Thom.

Quam nos opinionem confutandam suscipimus cum S. Thom. affirmando solas relationes personales, quæ fundantur in origine, & sunt diuersæ appellationis, esse reales; cæteras autem esse relationes rationis: operæq; pretium erit ante ipsam disputationem eas omnes relationes, quæ sunt inter diuinæ personas, breuiter percurrere. Primæ est relatio identitatis, qua relatione diuinæ personæ sunt idem inter se propter essentiam eandem, vt predicat omouiana

Prænotatio.  
Percurruntur relationes, quæ sunt inter diuinæ personas. Prima est identitas.

A fides; nihil autem creatum est ita perfectè idem sibi, sicut personæ diuinæ sunt idem inter se. Cum enim res omnis creata sit composita, vt docuimus lib. 1. secundum partes singulas distinguitur res quæuis à se ipsa, & ita secundum partes, & partes nulla res creata est sibi idem: diuinæ autem personæ neque habent compositam essentiam, neque cum essentia compositionem efficiunt; quare cum in eis essentia sit eadem, sunt idem inter se maiore identitate, quàm quæuis res creata sit idem sibi. Quare ineffabili quodam modo sunt re ipsa distinctæ, & secundum essentiam idem.

B

Sunt autem relatiuè oppositæ, quare ipsa oppositio secunda relatio est inter diuinæ personas, eaque perfectissima. Cum enim quatuor modis opposita dicantur, contradictoriè, priuatiuè, contrariè, & relatiuè; tria illa priora negationem entis afferunt in altero oppositorum; nam & in contrarijs priuatio inuenitur; & in priuatione negatio entis: sola ergo est oppositio relatiua, quæ negatione entis caret.

C

Ex oppositione oritur distinctionis relatio, quæ in personis diuinis absolutissima est, eò quòd distinguantur personarum relationibus, qui est optimus distinctionis modus, vt lib. 4. dicemus.

Et hæc quidem duæ relationes, scilicet oppositio, & distinctio, fundantur in ipsis personis, siue proprietatibus personarum, vel potius in numero earum, quæ est conditio fundandi, vt docuimus: identitas verò, & similitudo, & æqualitas, & cæteræ fundantur in unitate essentia; omnes ergo fundantur in numero, & unitate, quod est primum genus relatorum. Et istæ omnes relationes sunt æquiparantæ, hoc est, eiusdem appellationis, vt idem refertur ad idem, oppositum ad oppositum, simile ad simile. At verò in numero ipso ternario possunt fundari relationes disquiparantæ, quæ sunt proportionis, quas omnes esse relationes rationis asserimus.

D

Eas ergo relationes quæ fundantur in essentia diuina probat S. Thom. q. 28. art. 4. non esse reales, quia opus est tam fundamenta, quàm subiecta relationum realium, esse re ipsa distincta; sed essentia diuina, quæ est fundamentum similitudinis, & æqualitatis inter diuinæ personas, non est distincta in illis, sed vna,

Hanc esse summam ostenditur ex diuina simplicitate.

2. est oppositio relatiua. Hanc esse perfectissimam ostenditur.

3. est distinctio. Hanc esse absolutissimam comprobatur.

Oppositio, & distinctio fundantur in proprietatibus, vel potius in numero personarum. Identitas, & cæteræ in unitate essentia.

Omnes sunt æquiparantæ. In numero ipso ternario possunt fundari relationes disquiparantæ, quæ sunt proportionis.

Pro 2. sententia fundamentum S. Thomæ. quòd fundamenta relationis realis oportet esse re ipsa distincta.

& cæ



& eadem: ergo non fundat relationem realem inter diuinas personas.

7. Hoc fundam. abnegat Scotus.

Quæ consequentia cum sit euidentissima, disputatio tota est de illo assumpto, quod fundamenta relationis realis oporteat esse re ipsa distincta. Hoc enim abnegat Ioan. Scot. in 1. d. 31. & in quodlib. q. 6. & alij.

8. Fundamenti 1. probatio per inductionem.

Probat tamen assumptum clarissimis argumentis. Et primum inductione; hoc enim liquet, in omnibus relationibus realibus, fundamenta esse res distinctas.

9. 2. probatio à pari ratione in subiecto, & fundamento. Confirm.

Secundò probatur, quia relatio tam pendet à fundamento, quam à subiecto; ergo non minus exigit distincta fundamenta, quam subiecta. Et confirmatur, quoniam relatio adheret fundamento, quasi subiecto; ergo hoc ipso, quod postulat subiecta distincta, distincta quoque fundamenta exigit.

10. 3. probatio. Ipsa fundamenta sunt quandoque relata: Quandoque non sunt, ut humanitas fundans paternitatem non est pater; at hæc etiam referuntur ut quo.

Tertiò: Ipsa fundamenta sunt quandoque relata, quia albedo est albedini similis; relata autem oportet esse opposita, & distincta. Verum est quòd non semper fundamenta sunt relata, humanitas enim, quæ est fundamentum paternitatis non est Pater, sed homo est Pater; sed tamen etiam in ea relatione fundamentum refertur ut quo, & quodammodo respicit alterum fundamentum; unde oportet esse opposita, & distincta.

Confirm. Fundamentum vnius relationis est terminus saltem materialis alterius.

Confirmatur, quia fundamentum vnius relationis, est terminus saltem materialis alterius relationis, ut omnium consensione approbatur: quo antecedente concessio, necesse est fundamenta esse distincta, & opposita, ut oppositas relationes non solum fundent, sed terminent; terminare enim oppositionem indicat.

11. 4. probatio ex sent. non distinguente relationem à fundamento, nisi solum formaliter ex natura rei.

Quartò idem probatur manifestè ex illa sententia satis approbata; quòd relatio non distinguitur simpliciter à fundamento, sed solum ex natura rei; est enim consequens, ut relationes, quæ necessariò sunt res distinctæ, arguant distinctionem realem fundamentorum, à quibus non distinguuntur.

12. 5. probatio ex absurdo.

Quintò etiam probatur, quia aliàs extrema conuenirent in eo, in quo opponuntur; quia conuenirent in vna forma, quæ esset causa oppositionis realis, scilicet relatiuæ oppositionis.

13. 6. probatio efficacior.

Sed probatur adhuc efficaciori argumento; nam hæc relata æquiparantur, quæ fundantur in vnitatem formæ, fundantur

in vnitatem duorum, ut ait Aristot. 5. Metaph. fundantur ei ergo in vnitatem duarum formarum, verbi gratia, duorum candorum; subiecta enim non fundant per se has relationes, sed per formas suas, quia sunt similia in candore; ergo vnus, & idem candor non potest esse fundamentum relationis realis, quæ fundatur in vnitatem formarum. Sanè, ut Filium Dei dicamus esse æqualem Patri in sapientia, conferimus sapientiam Filij cum sapientia Patris, quasi essent distinctæ; sed hæc distinctio est rationis, & non potest conferri sapientia sapientia, cum sit eadem; ergo æqualitas, quæ fundatur in illa vnitatem collationis, est relatio rationis: familiare est autem Patribus comparare sapientiam Patris, & Filij, quasi distinctas, ut ita exæquent Patri Filium: & hoc postulat ratio ipsa æqualitatis; sicut ergo relatio idètitatis eiusdem ad se ipsum, est rationis, quia relationis extrema non sunt distincta: ita relatio idètitatis personæ diuinæ ad aliam, est rationis, quia fundamentum est omninò idem: neque potest intelligi duplex relatio, nisi in duplici fundamento.

Thom. Caiet. q. 42. art. 1. probat has relationes non esse reales, quia fundamenta, quæ per se referuntur, oportet esse re ipsa distincta; sed fundamenta æqualitatis, & similitudinis per se ipsa referuntur; ergo oportet esse re ipsa distincta; & in Deitate, quia non sunt distincta, relatio realis non est. Quod argumentum in rebus creatis firmum est, & eodem paulò antè vti sumus comprobantes albedinem ab albedine distingui, quæ sunt fundamentum relationis, quia & ipsæ albedines referuntur. Quare contra Bartholomeum Torres duo corpora eadem albedine non essent relata relatione reali, quia albedo non posset esse relata ad se ipsam; pertinet enim ad qualitatem per se ipsam esse similem, quæ & nos similes sumus. Sed in diuinis non est qualitas propriè, cuius est proprium referri; ergo etsi substantia diuina non referatur ad se ipsam, ut similis sibi, poterit aliàs esse fundamentum relationis realis, quæ Pater est similis Filio. Et hoc ipsum suadet ratio, quia idètitate substantiæ, vel attributorum Filius est similis Patri; attributum autem, aut substantia non est simile sibi ipsi, sed idem: ergo non est consequens ex eo, quòd fundamentum non

Relata æquiparantur quæ fundantur in vnitatem formæ fundantur in vnitatem duorum. Aristot. id est duarum formarum.

In diuinis, sapientia Patris est distincta à sapientia Filij, prout in ea fundatur æqualitas inter has personas.

14. Pro 2. sentent. fundamentum fundamētum. Caietan. quòd fundamētum æqualitatis, & similitudinis per se ipsa referuntur. In creatis approbatur, ut n. 10.

Cōtra Torr. infertur duo corpora eadem albedine non esse relata relatione reali.

In diuinis imitatur, probatur.

Ex eo quòd fundamentum referatur,



non refertur, non est conleques, quod non referantur personæ.

Fundamentū S. Thomæ commune est.

Et si sū lamēta non referantur, ut in relationibus disquisparatiæ, tamē oportet ea esse re ipsa distincta.

15. Consectariū.

16. Ad S. Thom. fundamentū, responsio expenditur.

Relationes diuine ut sūt formæ hypostaticæ, non fundantur in aliquo fundamento.

Ut sunt relationes conceptu relatiuo adueniunt personis distinctis, & in illis fundantur.

17. Quest. affinis.

Utrum inter fundamenta relationis realis sufficiat quæuis distinctio ex natura rei, siue modalis, siue etiam formalis?

Affirmat Soar. in Met. d. 47. sect. 9. Argum.

18. Resol. negat. 1. ratio, & præcipua.

refertur, quod non referantur personæ. Nos verò ad declarandam similitudinē hanc personarum, non accipimus fundamenta similia, sed fundamenta repetita, cogitando substantiam in Patre, & substantiam in Filio. Proloquium autem S. Thomæ est commune, affirmatq; Doctor Sanctus omnem relationem realem postulare fundamenta distincta re ipsa, quod & nos confirmauimus. Quare etsi ea fundamenta non referantur, ut in relationibus disquisparatiæ, tamen oportet esse re ipsa distincta.

Quamobrem, etsi vera esset illa opinio, quæ Patrem, & Filium appellat similes in spiratione; non tamē ea similitudo esset relatio realis, quia fundamentum est vnum, scilicet vna, & eadem spiratio.

Sunt qui ad hoc argumentum respondeant, relationes diuinas non aduenire rebus distinctis, quia ipsæ afferunt secū substantia distincta; & idcirco non esse necesse, ut fundentur in fundamentis distinctis. Rectē quidem; nam relationes diuine, quatenus afferunt substantia, videlicet ut formæ hypostaticæ sunt, non fundantur in aliquo fundamento: benē tamen, ut relationes sunt, conceptu relatiuo, necesse est, ut in fundamentis distinctis fundentur; quandoquidem personis distinctis adueniunt, ut lib. 4. dicemus: nam antequam intelligamus relationes conceptu relatiuo, intelligimus hypostases, siue personas Patris, & Filij, & illa hypostasis, siue persona non est ista, quæ est negatiua distinctio. Adueniunt ergo etiam in Deo ipsæ relationes personis distinctis, & exigunt fundamenta distincta.

Sed ut magis exacta relinquatur disputatio, quaritur quænam distinctio sufficiat inter fundamenta relationis realis? Quod enim necessaria sit distinctio in re ipsa, decreuimus: sed sufficiatne illa distinctio, quæ dicitur ex natura rei, siue modalis, siue etiam formalis, ambigitur? Quidam opinantur quæuis distinctio rei, siue modalem, siue formalem sufficere inter fundamenta relationum realem: quia cum relatio sit res minuta, & reclusa, quæ parū distat à nihilo, fundamento quouis, & quouis distinctio- ne sui fundamenti inniti potest.

Hæc opinio multis ex causis displicet: & illa est præcipua quod auget infi-

nitum numerum relationum; si omnes rerum modi, & minutæ differentiz sunt inter se conferendę relationibus realibus.

Sed infirmatur ista sententia rationibus efficacibus. Relatio enim habet propriam existentiam; ergo non fundatur in modo reali, qui modus realis propriam existentiam non habet, sed existit existentia illius rei, cuius est modus, ut lib. 4. dicemus. Quod si relatio postulat fundamentum propria existentia existens; postulat etiam distinctum simpliciter à quouis re alia. Et confirmatur, quia relatio est ad aliud; sed modus rei non est simpliciter aliud; ergo relatio non fundatur in modo rei, siue in re sola modalis distinctione distincta: non ergo substantia, aut accidens refertur relatione reali ad suum modum realem, qui non est simpliciter aliud.

Tertio: distinctio relatiua est præcipua inter reales, eò quod affert positiuam oppositionem rei ad rem, ut lib. 1. docuimus; ergo duæ relationes reales simpliciter sunt res duæ, simpliciterque distinctæ; sed non distinguuntur à fundamentis, ut probatum est hoc libro; ergo fundamenta simpliciter sunt res duæ; non ergo solum ex natura rei, siue formaliter, siue modaliter (ut aiunt) fundamenta distinguuntur, sed actu, & simpliciter.

Postremò arguitur argumento Pauli Soncinatis 5. Metaph. q. 19. nam si in fundamentis non requiritur distinctio realis simpliciter ad relationem realem fundandā; fit, ut partes cōtinui proportionales referantur inter se relationibus realibus, etsi non sint simpliciter inter se distinctæ; & erunt infinitæ relationes: sicut etiam S. Thom. 2. contra gent. cap. 12. probat rem quampiam non referri ad res posibles, quia consequerentur infinitæ relationes ad res posibles infinitas. Quidam respondent concedendo hoc totum, neque verò id mirum esse, quod sint infinitæ relationes, sicut sūt partes cōtinui infinitæ. Sed non aduertunt animum ad id, quod videtur esse præ oculis: partes enim cōtinui non sunt actu distinctæ, sed sunt in potentia; & continuitate quadam ens vnum: relationes verò non faciunt vnum cōtinuitate; ita ut relationes plures, quasi potentia distinctę, constituent vnam relationem conti-

19. 2. ratio. Relatio habet propriam existentiam.

Confirm. Modus rei non est simpliciter aliud.

20. 3. ratio: Distinctio relatiua est præcipua inter reales: quare cum relationes non distinguuntur à fundamentis, hæc simpliciter sūt res duæ.

21. 4. Ratio est Soncinatis. Infert ex opposito numerum relationum actu infinitum, inter partes cōtinui proportionales.

S. Thom. Respons.

Refellitur. Partes cōtinui infinitæ sunt distinctę in potentia, & sunt cōtinuitate quadam ens vnum.

Relationes sic, sed sunt cō-



ria actu distin-  
cta singula in-  
ter se.

Quoad hoc  
est par ratio de  
partibus con-  
tinui non in-  
tersecantibus  
se se, atque de  
proportiona-  
libus, & inter-  
secantibus.

Hæc ratio pro-  
bat requiri di-  
stinctione ac-  
tu, & simplici-  
tèr realem.

Confectariū.  
In opinione  
Scoti de distin-  
ctione formali  
inter attribu-  
ta, hæc non re-  
ferantur inter  
se relatione re-  
ali, contra  
Torres.

22.  
Summarium  
huius partis.

23.  
S. Thom.

Magist.

Durand.

Egid.

Marsil.  
Capreol.  
Caiet.  
Torres.  
Ferrar.

continuum; sed sunt entia actu distincta  
singula inter se. Quamobrem erit nume-  
rus relationum actu infinitus, quod est  
impossibile. Quod si partes non inter-  
secantes se se, quæ sunt in eodem conti-  
nuo, referuntur relatione reali, etiã pro-  
portionales, & intersecantes referuntur  
reali relatione: siquidem continuitas (ut  
aiunt) non prohibet esse relatas; neque  
possunt signari relata hæc potius partes,  
quàm illæ in continuo: ergo vel nullæ  
sunt relata, vel omnes. Sed omnes esse  
relatas est impossibile, cum sint infini-  
tæ; ergo necesse est nullas esse relatas.  
Quod argumentum validissimè compro-  
bat relata, siue subiecta, siue fundamen-  
ta debere esse distincta non solum in po-  
tentia, sed actu; & non solum ex natura  
rei formalitèr, aut modalitèr, sed distin-  
ctione simplicitèr reali. Quæ est opinio  
Pauli Soncin. loco cõmemorato. Quare  
etsi Scotus ponat attributa distincta ex  
natura rei, & suas habere magnitudines:  
non consequitur eas referri inter se, ut  
æqualia, relatione reali, ut videtur sibi  
commõstrare Bartholom. Torres, q. 42,  
art. 1. p. 4.

Quo posito fundamento negari non  
potest relationes similitudinis, & æqua-  
litas inter diuinas personas non esse  
relationes reales, sed rationis. Siquidem  
fundantur in eadem essentia diuina. Et  
hæc ipsa conclusio p. cap. sequent. firma-  
bitur non minùs validis argumentis.

*Confirmatio.*

QVOD hæc relationes sint rationis do-  
cet S. Thom. 1. p. q. 42. art. 1. ad 4.  
& q. 28. ar. 4. ad 4. Et eadem est senten-  
tia Magist. in 1. d. 31. asserentis quod in  
his relationibus est tãtummodò appella-  
tio relatiua; quia scilicet relationes non  
sunt res, sed sunt relationes rationis.  
Idem censent Durand. Egidius. Richard.  
eo loco, Marsil. q. 33. art. 2. Et ex Tho-  
mistis Ioan. Capreol. ibidem Thom. Cai-  
et. & Bartholom. Torres ad 1. p. q. 42.  
Franc. Ferrar. lib. 4. contra gent. cap. 1.  
& plures alij Doctores.

**PARS POSTERIOR.**

*Omnis relatio in Deo est rationis, excep-  
tis personalibus.*

**R**elationes verò, quæ fundantur in

**A** numero personarum diuinarum, vel  
in ipsis personis, propter aliam causam  
dicimus esse quoque rationis relationes,  
cum S. Thom. q. 42. ar. 1. ad 4. quia cum  
personæ diuinæ non sint res absolutæ,  
sed relatæ; relationes ex, quæ fundantur  
in relationibus, sunt rationis, non rea-  
les; aliàs abiremus in infinitum numerum  
relationum realium, dum alias alijs su-  
periacimus. In relationibus autem ra-  
tionis, quia ratio est potentia infinita,  
erit & numerus relationum infinitus.

**B** De fundamento istius argumentatio-  
nis incumbit nobis hoc loco disputare;  
ytrum id verum sit quod assumpsimus,  
relationem realem non posse fundari in  
alia relatione? Affirmat verum esse as-  
sumptum S. Thom. 1. p. q. 42. ar. 1. ad 4.  
quem locum iam recitauimus, & q. 28.  
ar. 3. & lib. 2. cõtra gent. cap. 21. & Paul.  
Soncin. 5. Metaph. q. 29. ad 1.

**C** Sed contrarias partes tenet Ioannes  
Scotus in 2. d. 1. q. 4. & 5. & in 4. d. 6. q.  
10. cum suis: nihil enim videtur obitare  
quominùs duæ paternitates, quæ sunt  
inter se similes, referantur ad se relatio-  
ne reali similitudinis. Et Arithmetici  
proportionalitatis relationem fundant  
in duabus proportionibus, quæ sunt etiã  
relationes. Quibus argumentis cap. se-  
quenti respondebimus.

**D** Thom. Caiet. eo fortè argumento cõ-  
motus ad q. 42. ait relationes posse ad  
se se referri reali relatione, non tamen  
distincta; quod videtur insinuare S. Tho.  
q. 7. de potent. art. 9. ad 2. Vnde colligit  
similitudinè inter diuinas personas hac  
ex parte esse potuisse realem relationem,  
si haberet fundamenta re ipsa distincta:  
quamobrem relatio oppositionis inter  
paternitatem creatam, & filiationem est  
relatio realis, ut ait, siquidem relationes  
illæ, quibus fundatur, sunt res distinctæ.  
Quem commentarium expiscatur à ver-  
bis S. Thom. eo loco 1. p. dum ait vnã  
relationem non referri ad aliam, per re-  
lationem aliam; quasi permittat S. Do-  
ctor, ut referatur per se ipsam. Hic ta-  
men cõmentarius id primum habet ma-  
li, quod est contrarius doctrinæ S. Tho-  
mæ, quam commentandam sibi esse Cai-  
et. voluit, non repudiandam: nam hoc  
eodem argumento probat S. Thom. re-  
lationem similitudinis non esse realem  
inter diuinas personas, quia fundatur in  
relatiuis. Et in locis cõmemoratis pla-

numero perso-  
narum.  
Sent. in tit.  
asserit, est  
S. Thom.  
Fundam.  
quod relatio re-  
alis non possit  
fundari in alia  
relatione.

2.  
De hoc fund.  
quæstio, vtrū  
sit verum?

1. sent. affirm.  
S. Thomæ.

Soncin.

3.  
2. sent. negans  
Scot.

1. argum.

2. arg.

His satisfi-  
cap. 23.

4.  
3. sententia  
Cas. tan.

Commetarius  
ex ea collectus  
ad S. Thomæ.

In hac sent. re-  
latio oppositi-  
onis inter pa-  
ternitatem, &  
filiationem crea-  
tam est realis,  
non tamen di-  
stincta.

Pro easent. &  
cõment. locus  
S. Thomæ.

Cõmentarij  
cõtrarietas cū  
S. Doctore

Ostenditur 1.

Secundò,

nissimè

De relationi-  
bus fundatis in



3. sententia  
1. confutatio  
ex illo prolo-  
quio, Quæcun-  
que differunt  
definitione, dif-  
ferunt ex natu-  
ra.

Obiectio.

Occurritur.  
Duos quasi ef-  
fectus diuersa-  
rum specierum  
nulla res tri-  
buit, alterum  
subiecto, alte-  
rum sibi.

Confirm.  
Vna species  
relationis rea-  
lis non potest  
esse plures spe-  
cies, scil. vera  
paternitas, &  
vera similitu-  
do realis p cor-  
relatiua diuer-  
sarum specie-  
rum definienda.

Responsio.

Refellitur  
vt discors ab  
ipso Caietano  
distinguitur re-  
lationem à fun-  
damento distin-  
ctione etiã sim-  
plicitè reali.

6.

2. confutatio  
ex sent. distin-  
guente relatio-  
nem à funda-  
mento, falsè  
ex natura rei.  
vt cap. 10. p. 2.

nissimè docet non fundari in relatione relationem, quæ realis est.

Præterea opinio ea Caiet. proculdu-  
biò est falsa; quia in rebus creatis quæ-  
cunque differunt definitione, differunt  
ex natura rei, vt lib. 1. docuimus; ergo  
paternitas non refertur per se ipsam re-  
latione similitudinis, cum necesse sit has  
duas relationes esse ex natura rei distin-  
ctas. Et hoc quidè perspicuè est: nam etsi  
res quædam sibi vendicent nomen id,  
quod alijs attribuunt, vt quantitas no-  
minat quantum, & nominatur quanta, &  
relatio (si ita velis) nominat relatū, & ip-  
sa est relata: fieri tamen non potest, vt  
duos quasi effectus diuersarum specierum  
res quæpiam tribuat, alterum subiecto,  
alterum sibi, verbi gratia, quòd paterni-  
tas per se ipsam homini tribuat esse pa-  
tris, sibi verò esse similis, vt homini sit  
paternitas, & sibi sit similitudo; porten-  
tum enim hoc neque cogitatio sibi fin-  
gere potest; certè vel similitudo illa non  
est res, vel est res alia à paternitate. Et  
confirmatur, quia sit, vt vna species re-  
lationis realis, sit species plures relatio-  
nis realis, scilicèt vt sit vera paternitas,  
& vera similitudo realis, quæ sunt duæ  
species relationum. Quapropter rem istã,  
quæ est species vna relationis, oportet  
definire per correlatiua diuersarum spe-  
cierum: quod non solum Aristot. reuinit,  
sed naturalis intellectus informatio:  
quod quid enim est relationis, ad vnum  
est. Quòd si dicas esse relationes duas,  
rem verò eandem; iam non distinguis  
relationem à fundamento, siquidem illa  
realis relatio similitudinis in relatione  
fundatur. Caiet. verò non solum ex na-  
tura rei, sed distinctione simpliciter rea-  
li, vult esse distincta relationem, & fun-  
damentum: illud autem nobis certum  
est, quòd quæ definitione distinguuntur,  
differant ex natura rei.

Ea igitur propositione firmata, quam  
tractauimus lib. 1. quòd res creatæ, quæ  
definitione discernuntur, sint saltè ex  
natura rei distinctæ; aut illo altero asser-  
to approbato, quòd relatio saltè ex  
natura rei distinguatur à fundamento,  
incredibilis est opinio Thomæ Caietani  
quòd vna relatio per se ipsam referatur  
noua quadam relatione, scilicèt diuersæ  
speciei; sed oportet omninò esse relatio-  
nes distinctas: & ita reijcitur cõmentari-  
Caietani, vt discors à S. Thom. sententiã.

A At verò reliquum est, vt contra Ioan.  
Scotum commonstremus relationes has  
sic distinctas non posse alias alijs funda-  
ri. Primùm ostenditur ex eo, quòd rela-  
tio realis est cum quodam ordine, quo  
ipsa absoluta à natura ordinata sunt ad  
aliud; relationes autem sicut natura non  
producit prima intentione, sed per fun-  
damèta, ita neque ordinat per se: quare  
non est necesse ad relationes consequi  
relationes alias. Et confirmatur, quia ea  
ordinatio esset confusa: nam generans,  
verbi gratia, ordinatur ad genitum per  
potentiam generatricem, & actionem  
generandi: quòd si ipsa paternitas per  
relationem realem similitudinis ordina-  
tur ad aliam paternitatem similem; se-  
quitur in ordine confusio, vt relatio ad  
vnum sit, ipsa ad aliud.

B Quæ doctrina adeò certa est, vt etiam  
in relationibus rationis fundamentum  
non ita relatiuè cogitemus, sicut & re-  
lationem; quia relatio est ad aliquid, &  
est in aliquo: at verò vt est in aliquo, exi-  
git fundamentum; non ergo exigit fun-  
damentum ad aliud. Et idcirco Diale-  
ctici aiunt in hac propositione, Genus  
est species, genus accipi in actu signato;  
hoc est, non vt relatum est, sed quasi ef-  
fet non relatum: non enim vt relatum  
est ad speciem, est species; sed ipsa rela-  
tio generis cognita, vt res quæuis alia  
absoluta, dicitur species quædam vni-  
uersalis. In relatione ergo reali, in qua  
fundamentum est realis causa ipsius re-  
lationis, oportet, vt fundamètum ipsum  
non sit ad aliud, sed sit ad se, vt sit causa  
relationis ad aliud aliàs cum relatio rea-  
lis sit ex natura rei ad aliud, natura ipsa  
confunderet ordinem relationum. Nul-  
la ergo relatio est fundamètum alterius  
relationis, per se loquendo, scilicèt vt  
relatio est; & cum fundamètum relatio-  
nis reale sit, relatio re ipsa non potest  
fondare relationem, nisi, vt relatio est,  
quod est impossibile.

D Et comprobatur adhuc, quia existen-  
tia relationis est absoluta, vt cū S. Tho-  
ma docebimus; ergo non pendet à rela-  
tione; sed existencia relationis pendet à  
fundamento, vt liquet; ergo relatio rea-  
lis, quæ habet existentiam, non pendet  
à relatione.

Ad hoc etiam valet, quòd sicut ad re-  
lationem non est motus, hoc est perfecta  
actio, sed quadam emanatione imper-  
fecta

7.  
Cõtra 2. sent.  
prima prob. 7.

Relationes  
sicut natura non  
producit prima  
intentione, ita neq.  
ordinat illas per  
se.  
Confirm.  
Sequitur con-  
fusio in ordine  
relationum ef-  
fecta ab ipsa  
natura, si pa-  
ternitas ipsa sit  
ad filium, eius  
similitudo ad  
paternitatem  
aliam.

8.  
Declaratur.  
Etiam in rela-  
tionibus ratio-  
nis, fundamè-  
tum, esto sit re-  
latio, nõ ita re-  
latiuè cogita-  
tur  
Sic in hac, Ge-  
nus est species  
genus accipi-  
tur in actu sig-  
nato, hoc est,  
non vt relati-  
uum, sed vt ab-  
solutum.

Relatio re ipsa  
non potest fun-  
dare relationem  
nisi per se lo-  
quendo, & vt  
relatio est.

9.  
Probatur 2.  
Existencia re-  
lationis est ab-  
soluta, & pèdet  
à fundamèto.

10.  
Probatur 3.